Title: Homeri Carmina et Cycli Epici Reliquiae
Pars Secunda: Odyssea

Author: Homer

Editor: Ambroise Firmin Didot

Release Date: August 1, 2016 [EBook #52693]

Language: Latin

Character set encoding: UTF-8

HOMERI CARMINA

ET CYCLI EPICI RELIQUIÆ.

PARS SECUNDA:

HOMERI
ODYSSEA

PARISIIS,

EDITORE AMBROS. FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHO.
SUMPTIBUS ET TYPIS.

M DCCC XXXVIII.

Transcriber's Note:

For the creation of this e-book the following texts have been used:

"Homeri Carmina et Cycli Epici Reliquiae—Graece et Latine cum Indice Nominum et Rerum" (Parisiis, Editore Ambros. Firmin Didot, 1838) for the extract from the _Præfatio_ and the Latin text of the _Odyssea_.

"Le Journal des savants" (Juin 1838, Académie des inscriptions et belles-lettres (France), ed. Jean Cusson, Paris, p. 377-378) for some insight into the Latin version.

"The Iliad of Homer" (translated by Alexander Pope with notes by the Rev. Theodore Alois Buckley, M.A., F.S.A., Project Gutenberg text #6130) for the _Argument_ prefixed to each Book.

All changes applied by the Transcriber to the Latin text are explained in the footnotes.

The Latin translation presented in this work was transcribed from a Greek/Latin edition. It deliberately tries to stay as close as possible to the Greek original, not only to make the Greek text more accessible, but also for other reasons which are best explained by a review in the French magazine "Le Journal des Savants":

"Les poëmes homériques remontant à une si haute antiquité, et ils ont

été si différemment interprétés par les anciens Grecs eux-mêmes, que pour donner une idée de ce monument qui nous retrace une nature et des mœurs si opposées à celles de notre civilisation, il était indispensable de s'astreindre, dans la traduction latine, à la fidélité la plus rigoureuse, et à conserver les plus faibles nuances de construction, de peur de dire autre chose, ou du moins de parler autrement que ne le fait Homère, et de défigurer ansi la marche libre et naïve de son langage. On a donc eu raison de conserver l'ancienne manière de traduire Homère mot pour mot, et même d'étendre l'application de ce système jusqu'aux limites imposées par la langue latine. Avant les travaux de Wolf, de Heyne, de Passow, et surtout de Buttmann, le sens de bien des mots, de bien des phrases, n'avait point été constaté; c'est ce que la nouvelle traduction a dû faire en changeant alors en totalité l'ancienne version, et en offrant ainsi le résumé des travaux les plus récents. Bien des fautes de traduction qui s'étaient transmises en quelque sorte _traditionellement,_ un grand nombre d'incorrections, de négligences, restaient dans l'ancienne version latine, œuvre primitive de Raphael Volaterranus et d'André Divus; elles ont disparu dans la nouvelle et sont remplacées par une explication claire et précise. Toutes les fois que pour faciliter l'intelligence de certains passages difficiles on a dû insérer dans la traduction des mots nécessaires qui ne se trouvaient pas dans l'original, on a pris soin de mettre ces mots en caractères italiques. Partout la diction homérique est conservée scrupuleusement, ainsi que la marche des périodes. C'est ce qui manquait principalement aux anciennes traductions; et cependant c'est de la liaison plus ou moins étroite des membres de chaque phrase que résulte l'appréciation de l'ancienneté relative des différentes parties des poésies homériques."

PRÆFATIO.

Inceptum nostrum, quo primi in Gallia Græcos scriptores in unius corporis æquabilitatem redigere aggressi sumus, commendatione et notis præfationum artibus egere non videtur; sed paucis dicendum est, unde ea quam elegimus edendi ratio pendeat. Dudum ægre tuleramus quod tot scriptorum editiones veteribus inquinatæ vitiis vulgo circumferrentur atque adeo sæpius repeterentur, dum exstarent eorumdem scriptorum emendatæ et a summis criticis antiquo nitori restitutæ: annon oportuit illorum ingeniorum, quæ optimi quique nostratium laudibus et imitatione celebrarunt, opera popularibus nostris exhiberi pura, emendata, quantum fieri potest libera a depravatione barbariæ quam transierant? Hoc igitur primum et præcipue curamus, ut non solum ex optimis quæ exstant editionibus scriptorum quisque exprimatur, sed harum etiam multas criticis celeberrimis tradidimus denuo examinandas et emendandas; præterea, ubicumque res videtur postulare, Regiæ Bibliothecæ manuscriptos imus consultum. Altera cura est, ut ad intelligentiam quoque scriptorum in Collectione nostra præstemus quod prosit unicuique: quum enim adnotatio vel præstantissima ex arbitrio denique pendeat commentatoris, cui plana nonnunquam videbuntur quæ aliis obscura, _interpretationes latinas_ e regione græcorum ponere decrevimus, utpote quæ prorsus omnia reddant, non locos selectos illustrent. Has vero, antequam tradantur typothesis, doctissimi viri severo examini subjectas accurate corrigunt; nonnullorum scriptorum plane novæ parantur. Denique multum augeri putavimus editionum nostrarum utilitatem, si boni _rerum nominumque_ _indices_ adderentur; nam vel ii qui scriptorem aliquem sæpe legerunt, nonnunquam haud satis meminere quo in libro ejus quove versu vel capite narretur res qua opus habent. Ceterum e cura unicuique scriptori impensa referetur in præfationibus.

Homeri, ut nunc res sunt, _Wolfiana_ dari debebat recensio, quam ex Gulielmi Dindorfii editione accurate expressimus. Interpretationes latinæ, bono ut nobis videtur consilio, in hoc antiquissimo poeta verbum verbo reddunt, nisi quod sæpe comtas posteriorum more periodos ingerunt, oppositionibus distinentes, causalibus particulis vincientes, quæ apud illum ingenue et libere procedunt. Præterea ipsis inhærent veteris textus græci vitia, et alia quædam ex vertentium incuria nata, plurima denique in iis vocabulis commissa, quæ recentiorum demum criticorum et interpretum sollertia explicuit. In postremis ita versati sumus, ut, quæ dubitatione carere et firmis niti testimoniis viderentur, ea haud cunctanter repræsentaremus; at ubi dubitationis aliquid superesset, sequeremur potius antiquorum interpretationem eam quæ sententiæ aptissima esset. Hoc autem præsertim enisi sumus ut quam proxime posset latina langua Græcorum vestigia legeremus, quo patris poetarum membra et motus omnes, quantum per latinam vestem licebat, conspiciendi præberentur; sed in tali incepto non potuit impediri, quin nonnulla quæ rarissime sibi indulserunt Latini, hæc translatio offerat frequentissime; nonnulla etiam quæ argenteam ætatem egrediuntur, recipi necesse erat: a barbaris tamen verbis et locutionibus sedulo cavimus. Ita, veteribus licet superstructa, hæc interpretatio pro nova esse possit.

[...]

Reliquum est, ut Tu, benevole Lector, operam huic volumini impensam æquo animo boni consulas. Vale nobisque fave.

Parisiis, idibus Octobribus MDCCCXXXVII.

Table of Contents.[TR1]

[TR1] Alexander Pope's translation has no title for the argument to the 6th, 8th, 17th, 20th, 23rd, and 24th Book. Therefore one was supplied by the Transcriber.

Odysseæ I.—Deorum concilium. Minerva adhortatur Telemachum.

ARGUMENT: MINERVA'S DESCENT TO ITHACA.

The poem opens within forty eight days of the arrival of Ulysses in his dominions. He had now remained seven years in the Island of Calypso, when the gods assembled in council, proposed the method of his departure from thence and his return to his native country. For this purpose it is concluded to send Mercury to Calypso, and Pallas immediately descends to Ithaca. She holds a conference with Telemachus, in the shape of Mantes, king of Taphians; in which she advises him to take a journey in quest of his father Ulysses, to Pylos and Sparta, where Nestor and Menelaus yet reigned; then, after having visibly displayed her divinity, disappears. The suitors of Penelope make great entertainments, and riot in her palace till night. Phemius sings to them the return of the Grecians, till Penelope puts a stop to the song. Some words arise between the suitors and Telemachus, who summons the council to meet the day following.

TEXT:

Virum dic mihi, Musa, versutum, qui valde multum
erravit, postquam Trojæ sacram urbem evertit;
multorumque hominum vidit urbes, et mores cognovit:
plurimos autem ille in mari passus-est dolores suo in animo,
quærens-servare suamque animam et reditum sociorum.
Sed neque sic socios servavit, cupiens licet;
sua enim ipsorum insipientia perierunt;
stulti, qui boves Hyperionis _filii,_ Solis,
comederunt: sed hic iis abstulit reditus diem.
Ex-his partim certe, dea, filia Jovis, dic et nobis.

Tum alii quidem omnes, quotquot effugerant gravem perniciem,
domi erant, belloque elapsi atque mari;
hunc vero solum, reditus indigentem atque uxoris,
Nympha veneranda detinebat Calypso, divina inter-deas,
in specubus cavis, cupiens _sibi_ maritum esse.
Sed quando jam tempus venit, circumvolventibus annis,
quo ei destinarunt dii domum redire
in Ithacam: ne tum quidem elapsus-erat ærumnis,
vel _domi_ apud suos amicos. Dii autem miserebantur omnes,
præter Neptunum: is vero indesinenter irascebatur
divino Ulyssi, antequam _is_ suam in-terram pervenisset.

Sed ille quidem Æthiopas adierat longe semotos,
(Æthiopas, qui bifariam divisi-sunt, ultimi hominum,
alii quidem ad-occidentem solem, alii vero ad-orientem)
accepturus taurorumque et agnorum hecatombam.
Ibi ille delectabatur convivio assidens: at _dii_ ceteri jam
Jovis in ædibus Olympii frequentes erant.
His autem sermones orsus-est pater hominumque deûmque;
recordabatur enim in animo eximii Ægisthi,
quem Agamemnonides inclytus occiderat Orestes:
hujus ille recordatus, verba inter-immortales fecit:

Dii boni! quantum scilicet deos mortales culpant!
Ex nobis enim ajunt mala esse; ii vero etiam ipsi
sua stultitia præter-fatum calamitates patiuntur.
Quemadmodum et nunc Ægisthus præter-fatum Atridæ
duxit uxorem sponsam, ipsumque occidit reversum
sciens grave exitium _ipsi imminens:_ quoniam ei prædiximus nos,
Mercurio misso, speculatore Argicida:
ut-neque ipsum occideret, neque ambiret _ejus_ uxorem:
ex Oreste enim ultio erit Atridæ,
postquam pubueritque et suam desiderarit ditionem.
Sic dixerat Mercurius; sed non menti Ægisthi
persuasit bona consulens: nunc vero cumulate omnia luit.

Huic autem respondit deinde dea cæsiis-oculis Minerva:
o pater noster, Saturnie, summe regnantum,
etiam valde ille quidem merita jacet morte:
sic pereat et alius, quicunque talia fecerit!
Verum mihi de Ulysse prudenti cruciatur cor,
infelice; qui jam diu procul-ab amicis calamitates patitur
insula in circumflua, ubi et umbilicus (_medium_) est maris:
insula _est_ silvosa; dea vero in _ea_ domos habitat,
Atlantis filia perniciosa-cogitantis, qui maris
omnes fundos novit, sustinetque columnas ipse
longas, quæ terramque et cœlum distinent.
Hujus filia infortunatum lugentem detinet,
semperque mollibus et blandis sermonibus
demulcet, ut Ithacæ obliviscatur; verum Ulysses,
cupiens vel fumum exsilientem videre
suæ terræ, mori desiderat. Neque tibi tandem
commovetur carum cor, Olympie. Nonne tibi Ulysses
Argivorum apud naves gratificabatur sacra faciendo
Troja in lata? quid illi tantum irasceris, Jupiter?

Hanc autem respondens allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
filia mea, quale tibi verbum exciditi septo dentium!
Quomodo subinde Ulyssis ego divini obliviscerer?
qui mente quidem superat mortales, abunde vero sacra diis
immortalibus dedit, qui cœlum latum tenent?
verum Neptunus terram-continens _ei_ assiduo semper
ob-Cyclopem irascitur, quem oculo privavit,
parem-deo Polyphemum, cujus robur est maximum
inter-omnes Cyclopas: Thoosa vero eum peperit nympha,
Phorcynis filia, maris infructuosi principis,
in specubus cavis Neptuno mixta.
Ex eo nempe Ulyssem Neptunus terræ-concussor
non occidit, sed errabundum-arcet a patria terra.
Verum agite, nos ipsi dispiciamus omnes
de-reditu _ejus,_ ut revertatur; Neptunus autem remittat
suam iram: neque enim quicquam poterit contra omnes
immortales deos, _iis_ invitis contendere solus.

Huic autem respondit deinde dea cæsiis-oculis Minerva:
o pater noster, Saturnie, supreme regnantum,
si quidem nunc hoc gratum _est_ beatis diis,
redire Ulyssem prudentem suam domum,
Mercurium quidem inde, internuntium Argicidam,
insulam in Ogygiam jubeamus-ire, ut celerrime
Nymphæ pulcris-comis edicat certam _nostram_ sententiam,
reditum Ulyssis audentis-animi, uti redeat.
Atque ego in-Ithacam profiscar, ut ei filium
magis excitem, et huic robur in mente ponam,
ut-in concionem vocatis capite-comantibus Achivis,
cunctis procis interdicat, qui ei semper
pecora plurima mactant et pedes-trahentes camuros boves.
Mittam autem _eum_ in Spartam et in Pylum arenosam,
reditum sciscitaturum patris dilecti, sicubi audierit,
atque ut ipsum gloria proba inter homines habeat.

Sic fata, pedibus subligavit pulcra talaria,
immortalia, aurea, quæ ipsam ferebant tam super mare,
quam super immensam terram, simul-cum flatibus venti.
Sumsit et validam hastam, præfixam acuto ære,
gravem, magnam, solidam, qua domat acies virorum
heroum, quibus quidem irascitur forti-patre-nata.
Descendit autem ab Olympi verticibus concita:

stetitque Ithacæ in populo ad vestibulum Ulyssis,
limine in aulæ; manu vero tenebat æream hastam,
similis hospiti, Taphiorum ductori, Mentæ.
Invenitque inde procos superbos: hi quidem tum
talis ante januam animum oblectabant,
sedentes in pellibus boum, quos occiderant ipsi.
Præcones vero ipsis et seduli famuli,
alii quidem vinum miscebant in crateribus et aquam,
alii autem spongiis multiforis mensas
abstergebant, et apponebant, et carnes multas distribuebant.

Hanc vero longe primus vidit Telemachus deo-similis;
sedebant enim inter procos, caro mœstus corde,
cernens patrem strenuum in mente, si alicunde veniens
procorum quidem dispersionem per ædes faceret,
honorem autem ipse haberet, et bonis suis imperaret.
Hæc cogitans, procis assidens, aspexit Minervam;
ivitque recta ad-vestibulum; indignabatur vero in animo,
hospitem diu ad-januam stare: prope autem stans,
manum prehendit dextram, et accepit æream hastam,
et ipsam compellans verbis alatis allocutus-est:

Salve hospes; a nobis amice-excipieris: ac deinde
cœna refectus loqueris, quid tibi opus-sit.

Sic fatus præibat, sequebaturque Pallas Minerva.
Illi vero quum jam intra domum essent excelsam,
hastam quidem _Telemachus_ statuit ferens ad columnam longam,
intra armarium bene-politum; ubi quidem aliæ
hastæ Ulyssis audentis-animi stabant multæ;
ipsam vero ad sellam ducens sedere-fecit, stragulo substrato,
pulcro, artificioso: sub pedibusque scabellum erat.
Juxta autem ipse sibi sedile posuit varium, seorsum ab-aliis
procis; ne hospitem, offensum tumultu,
convivii tæderet, cum-insolentibus congressum,
atque ut ipsum de patre absente interrogaret.
Aquam vero ancilla ex gutturnio profundebat ferens,
pulcro, aureo, super argenteum lebetem,
ad-lavandum; juxtaque politam stravit mensam.
Panem vero veneranda proma apposuit ferens,
fercula multa apponens, largiens de-præsentibus (_repositis_);
[coquus autem carnium lances apposuit elevatas
omnigenarum, atque ipsis apponebat aurea pocula:]
præco vero eos sedulo obibat vinum-infundens.

Ingressi-sunt autem proci superbi; qui quidem deinde
ordine sedebant per sedilia sellasque.
His vero præcones quidem aquam in manus fuderunt;
panemque ancillæ accumulabant in canistris:
juvenes autem crateras coronarunt potu.
Illi vero ad cibos paratos appositos manus porrigebant.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant
proci, ipsis quidem in mente alia curæ-erant,
cantus saltatioque: hæc enim sunt ornamenta convivii.
Præco autem in manibus citharam perpulcram posuit
Phemio, qui canebat inter procos necessitate:
atque is citharam-pulsans orsus-est pulcre canere.
Verum Telemachus allocutus-est cæsiis-oculis Minervam
prope admoto capite, ut ne audirent ceteri:

Hospes care, num etiam mihi irasceris, _ob id_ quod dixero?
his quidem hæc curæ-sunt, cithara et cantus,
facile: quoniam alienum cibum impune absumunt,
viri, cujus jam alicubi alba ossa putrescunt imbre,
vel jacentia in continenti, vel _illa_ in mari fluctus volvit.
Si illum utique in-Ithacam viderint reversum,
omnes optarint celeriores pedibus esse,
quam ditiores auroque vestibusque.
Nunc vero ille sic periit malo fato, neque ulla nobis
recreatio _est,_ etiamsi quis terrestrium hominum
dicat rediturum-esse; ejus vero periit reditus dies.
Sed age, mihi hoc dic et vere enarra:
quis _et_ unde es hominum? ubi tibi urbs, ac parentes?
quali autem in navi advenisti? quo-pacto te nautæ
duxerunt in Ithacam? quosnam _se_ esse prædicant?
neutiquam enim te pedibus existimo huv venisse.
Et mihi hoc dic vere, ut bene sciam:
utrum recens adveneris, an etiam paternus sis
hospes? quoniam multi adibant viri nostram domum
alii; quippe etiam ille adire-solitus erat homines.

Hunc autem rursus allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:
enimvero ego tibi hæc valde accurate narrabo.
Menten Anchiali bellicosi me-profiteor esse
filium, ceterum Taphiis navigandi-studiosis impero.
Nunc vero huc cum navi deveni atque sociis,

navigans super nigrum pontum ad alienæ-linguæ homines,
in Temesen ad-quærendum æs: fero autem splendidum ferrum.
Navis vero mihi illic stat ad agrum, seorsum ab-urbe,
in portu Rhetro, sub Nei silvoso.
Hospites autem invicem paternos nos-ferimus esse
ab initio, siquidem senem interroges congressus
Lærten heroem; quem non-amplius aiunt in-urbem
venire, sed seorsum in agro dolores pati,
vetula cum ancilla, quæ illi cibumque potumque
apponit, quoties ipsi defatigatio membra invaserit,
reptanti per fertile-solum areæ vitibus-consitæ.
Nunc autem veni; jam enim ipsum ajebant apud-suos esse
tuum patrem: verum hunc dii fallunt de-via.
Nondum enim mortuus-est in terra divinus Ulysses;
sed adhuc alicubi vivus detinetur in-lato ponto,
insula in circumflua; sævi autem ipsum viri tenent,
feri, qui alicubi illum detinent invitum.
Sed nunc tibi ego vaticinabor, quemadmodum animo _meo_
immortales injiciunt et quemadmodum perfectum-iri puto,
neutiquam vates licet-sim, neque auguriorum clare sciens:
nequaquam adhuc diu cara a patria terra
aberit, ne si ferrea quidem vincula _eum_ detinerent;
excogitabit _nempe,_ quomodo redeat, quia sollertissimus est.
Sed age mihi hoc dic, et vere enarrato,
num vere ex ipso tantus filius sis Ulysse.
Vehementer enim capiteque et oculis pulcris similis-es
illi: quippe frequenter ita nos-invisebamus invicem,
antequam ille in-Trojam ascendisset; quo utique alii
Argivorum principes ierunt cavis in navibus:
ex hoc neque Ulyssem ego vidi, nec me ille.

Hanc autem rursus Telemachus prudens allocutus-est:
enimvero ego tibi, hospes, valde vere enarrabo.
Mater quidem me ait ejus esse, at ego
nescio; nondum enim quisquam suum parentem ipse cognovit.[TR1]
Utinam sane ego felicis _potius_ alicujus essem filius
viri, quem in bonis uis senectus deprehendisset:
nunc vero, qui infelicissimus est mortalium hominum,
ex hoc me dicunt natum-esse: quoniam tu me hoc interrogas.

Hunc autem rursus allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:
non sane tibi genus dii ignobile in-posterum
dederunt, quum te talem peperit Penelope.
Sed age mihi hoc dic et vere enarrato:
quodnam epulum, quæve turba hæc est? quid vero te opus _tenet?_
convivium, an nuptiæ? quoniam haud symbola hæc sunt.
Ita mihi superbientes contumeliose videntur
convivari per domum: indignaretur vir
hæc turpia multa videns, quicunque cordatus intervenisset.

Hanc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
hospes: quandoquidem me hæc interrogas ac percontaris:
debebat quidem aliquando domus hæc locuples et integra
esse, quamdiu adhuc ille vir in-populo _suo_ erat:
nunc vero aliter statuerunt dii mala meditantes,
qui illum quidem ignarum reddiderunt supra omnes
homines. Nam ne ob mortuum quidem sic lugerem,
si inter suos socios interfectus-fuisset Trojanorum in populo;
aut amicorum in manibus, postquam bellum confecisset:
tunc ei tumulum quidem fecissent universi-Achivi,
atque etiam suo filio magnam gloriam parasset in-posterum.
Nunc vero ipsum inglorie Harpyiæ abripuerunt:
periit nulli-visus, nulli-auditus, mihi vero dolores fletusque
reliquit; neque amplius illum lugens defleo
solum, quoniam mihi alias dii malas curas struxerunt.
Quotquot enim insulis dominantur optimates,
Dulichioque, Samoque, et nemorosæ Zacyntho,
et quotquot per asperam Ithacam imperant,
tot matrem meam ambiunt, destruuntque domum.
Hæc autem neque abnuit odiosas nuptias, nec finem
facere potest: hi vero dilapidant epulantes
domum meam; brevi certe me male-perdent et ipsum.

Hunc autem commiserata alloquebatur Pallas Minerva:
dii boni! profecto multum absentis Ulyssis
indiges, qui procis impudentibus manus injiciat.
Si enim nunc veniens, domus in primis foribus
staret, habens galeam et scutum et duo hastilia,
talis, qualem ipsum ego primum vidi,
domo in nostra bibentemque seque-oblectantem,
ex Ephyra reversum ab Ilo Mermerida:
profectus-erat enim et illuc celeri in navi Ulysses,
venenum mortiferum quærens, ut ipsi esset
ad-sagittas unguendas æratas: sed ille quidem non ei
dedit, quoniam deos verebatur sempiternos:
at pater illi dedit meus; amabat enim _eum_ vehementer:

talis inter precos _si_ versaretur Ulysses,
omnes et brevis-fati fierent et amaris-nuptiis.
Verum enimvero hæc deorum in genibus posita-sunt,
utrum reversus _eos_ ulciscatur, an etiam non,
suis in ædibus: te vero considerare jubeo,
quomodo procos expellas ex ædibus.
Verum age nunc attende et meam adverte orationem:
cras in concionem ubi-vocaveris heroas Achivos,
orationem edissere omnibus; dii vero testes adsint.
Procos quidem ad sua _quemque_ discedere jube;
matrem autem, si ei animus appetit nubere,
_ea_ redeat in domum patris divitiis-præpotentis:
illi vero nuptias conficient et apparabunt dotem
amplam admodum, quantam par-est caram filiam comitari.
Tibi autem ipsi prudenter consulam, siquidem parueris:
nave instructa remigibus viginti, quæ _sit_ optima,
proficiscere sciscitaturus de-patre diu absente:
si quis tibi dicat mortalium, aut rumorem audiveris
ex Jove, qui potissimum fert famam hominibus.
Primum quidem in Pylum abi, et interroga Nestorem divinum;
illinc autem Spartam ad flavum Menelaum:
hic enim novissimus venit Achivorum ære-loricatorum.
Si quidem patris vitam et reditum audieris,
tum sane, vexatus licet, adhuc perduraveris annum;
sin vero mortuum audieris, neque amplius superstitem,
reversus jam deinde caram in patriam terram,
tumulum illi aggere et parentalia perfice
magna valde, qualia decet; et viro matrem dato.
Atque ubi jam hæc finieris et perfeceris,
considera deinde in mente et in animo,
quo-pacto procos in ædibus tuis
interficias, sive dolo, sive palam: neutiquam te decet
puerilia consectari, quoniam non-amplius ea-ætate es.
An non audis qualem gloriam consecutus-est divinus Orestes
omnes apud homines, postquam interfecit patris-occisorem,
Ægisthum dolosum, qui illi patrem inclytum interemerat?
et tu, amice (admodum enim te video pulcrumque magnumque),
strenuus esto; ut aliquis te etiam posterorum laudet.
At ego ad navem celerem descendam jam,
atque _ad_ socios, qui me fortasse perægre-ferunt exspectantes:
tibi vero ipsi _istud_ curæ-sit, et meos observa sermones.

Hanc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
hospes, profecto quidem hæc amico animo dicis,
sicut pater suo filio; et nunquam obliviscar eorum.
Sed age nunc mane, accelerans licet iter,
ut lotusque oblectatusque caro corde
donum habens ad navem eas, gaudens in animo,
pretiosum, valde-pulcrum, quod tibi munus-reponendum erit
ex me, qualia amici hospites hospitibus dant.

Huic autem respondit deinde dea cæsiis-oculis Minerva:
ne me amplius nunc detine, cupidum quidem itineris.
Donum vero, quodcunque _te_ mihi dare tuum cor jubet,
rursus redeunti da, domum ferendum,
etiam valde pulcrum eligens: tibi vero dignum erit retributione.

Sic quidem locuta abiit cæsiis-oculis Minerva:
avis autem ut Anopæa avolavit; huic vero in animo
indidit robur et audaciam, recordarique eum fecit patris
magis adhuc quam antea. Hic autem, mente sua considerans,
obstupuit in animo; suspicatus-est enim deum esse.
Continuo vero procos adibat deo-similis vir.

Illis autem cantor cantabat inclytus: ipsi vero tacite
sedebant audientes; ille autem Achivorum reditum canebat
gravem, quem ex Troja _iis_ decreverat Pallas Minerva.

Hujus autem e-superiore-parte-domus animo advertit divinum cantum
filia Icarii, prudens Penelope:
scalamque altam descendit suæ domus,
non sola, simul eam et ancillæ duæ sequebantur.
Hæc vero quando jam ad-procos pervenerat, divina inter mulieres
stetit juxta postem domus affabre structæ,
Genis prætendens tenuia capitis-redimicula:
ancilla vero ei proba utrinque astabat.
Lacrimans autem deinde alloquebatur divinum cantorem:

Phemie, multa enim alia mortalium oblectamenta nosti,
gesta hominumque deorumque, quæ celebrant cantores:
horum unum ipsis cane assidens; illi autem silentio
vinum bibant: ab-hoc vero desine cantu
tristi, qui mihi perpetuo in pectoribus carum cor
affligit; quippe me inprimis invasit luctus immensus.
Tale enim caput desidero, memor semper

viri, cujus gloria lata _est_ per Helladem et medium Argos.

Hanc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
mater mea, quid igitur moleste-fers, jucundum cantorem
oblectare, utcunque illi mens impellitur? non sane cantores
in-causa _sunt,_ sed fere Jupiter in causa _est,_ qui dat
dona viris ingeniosis _ita,_ ut vult, unicuique.
Huic vero non reprehensio _est_ Danaorum malam sortem canere:
eum enim cantum magis celebrant homines,
quicunque auditoribus novissimus adsit.
Tibi vero sustineat cor et animus audire;
non enim Ulysses solus perdidit reditus diem
in Troja: multi vero et alii viri perierunt.
Sed in thalamum profecta, tua ipsius opera administra,
telamque et colum, et ancillis impera
opus _suum_ ut-obeant: sermo vero viris curæ-erit
omnibus, maxime vero mihi; hujus (_mei_) enim imperium est in-domo.

Illa quidem attonita, rursus in-thalamum ivit;
filii enim dictum prudens posuit-in animo.
Ad superiorem autem domum ubi-ascenderat cum ancillis mulieribus,
flebat deinde Ulyssem, carum maritum, donec ipsi somnum
dulcem palpebris immisit cæsiis-oculis Minerva.

Proci vero tumultuabantur per ædes umbrosas;
omnes autem optabant juxta _eam_ in lectis recumbere.
Illis vero Telemachus prudens incepit sermonem:[TR2]

Matris meæ proci, superba contumelia instructi,
nunc quidem convivantes delectemur, neque clamor
adsit: nam hoc honestum est, audire cantorem
talem, qualis hic est, diis assimilis voce.
Mane vero in-concionem consideamus euntes
omnes: ut vobis sermonem audenter renuntiem,
exire ex-ædibus; alias vero parate dapes,
vestra bona edentes, alternantes per domos.
Si vero vobis videtur hoc satius et melius
esse, viri unius victum impune perdere,
absumite; ego vero deos invocabo sempiternos,
si quando Jupiter dederit vindicatum facta _hæc_ iri;
inulti forte deinde intra ædes perituri-sitis.

Sic ait: illi vero omnes mordicus in labiis hærentes
Telemachum admirabantur, quod audacter loquereter.

Hunc autem rursus Antinous allocutus-est, Eupithei filius:[TR3]
Telemache, certe admodum te docuerunt dii ipsi
et grandiloquum esse, et audenter concionari:
ne te utique in circumflua Ithaca regem Saturnius
constituat; quod tibi genere paternum est.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
Antinoe, an mihi irasceris, _ob id_ quod dixero?
Et hoc vellem, Jove utique dante, accipere.
An putas hoc pessimum inter homines esse?
neutiquam enim malum _est,_ regem-esse? statimque ei domus
dives fit, et honoratior ipse.
Sed certe reges Achivorum sunt etiam alii
multi in circumflua Ithaca, juvenes et senes;
horum aliquis hoc _munus_ habeat, siquidem mortuus-est divinus Ulysses:
at ego domus dominus ero nostræ
ac servorum, quos mihi bello-acquisivit divinus Ulysses.

Hunc autem rursus Eurymachus, Polybi filius, contra allocutus-est:
Telemache, nempe hæc deorum in genibus posita-sunt,
quisnam in circumflua Ithaca dominabitur Achivorum:
bona vero ipse habeas, et ædibus tuis imperes.
Ne enim talis veniat vir, qui te invitum violentia
bonis spoliaturus-sit, Ithaca adhuc habitata.
Sed volo te, optime, de hospite interrogare,
unde _venerit_ ille vir, quali autem se-profiteatur esse
e-terra; ubinam ei genus et patrium solum;
an tibi nuntium patris affert venientis?
an suum ipsius debitum expetens huc venit?
ut exsiliens statim abiit, nec sustinuit,
ut-cognosceremus; nequaquam enim vilis _hominis_ vultum ferebat.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
Eurymache, certe reditus periit patris mei:
neque itaque nuntio amplius credo, sicunde venerit:
nec vaticinium curo, si-quod mater
in domum vocato ex-vate sciscitetur.
Hospes vero hic meus paternus e Tapho est;

Menten Anchiali bellicosi se-profitetur esse
filium; ac Taphiis navigandi-studiosis imperat.

Sic dixit Telemachus; mente vero immortalem deam agnovit.
Hi autem ad saltationem et suavem cantum
conversi oblectabantur; exspectabantque vesperum advenire.
His autem se-oblectantibus, niger vesper supervenit;
tunc vero dormituri iverunt domum quisque.
Telemachus autem, ubi ei thalamus perpulcræ aulæ
sublimis ædificatus-erat, conspicuo in loco,
illic lectum conscendit, multa mente reputans.
Simulque cum eo ardentes faces ferebat proba sciens
Euryclea, Opis filia Pisenoridæ:
quam olim Laertes emerat facultatibus suis,
primum pubescentem, pretiumque-vigini-boum dederat;
æque autem ipsam ac-pudicam uxorem honorabat in ædibus;
lecto vero nunquam _ei_ mixtus est; sed iram vitabat uxoris:
hæc cum-eo-simul ardentes faces ferebat, et ipsum maxime
ancillarum amabat, et enutrierat parvulum.
Aperuit autem januas thalami firmiter structi:
sedebat vero in lecto, mollemque exuebat tunicam;
et eam quidem aniculæ prudentis injecit manibus.
Hæc quidem, plicata et aptata tunica,
ad-paxillum suspensa juxta tornatos lectos,
profecta-est ire e thalamo; januam autem attraxit annulo
argenteo: in _eo_que pessulum obtendit loro.
Hinc ille per-totam-noctem, tectus ovis florida-lana,
meditabatur mente sua iter, quod _ipsi_ designaverat Minerva.

[TR1] "congnovit" -> "cognovit"
[TR2] "sermonem;" -> "sermonem:"
[TR3] "filius." -> "filius:"

Odysseæ II.—Ithacensium concio. Telemachi profectio.

ARGUMENT: THE COUNCIL OF ITHACA.

Telemachus in the assembly of the lords of Ithaca complains of the injustice done him by the suitors, and insists upon their departure from his palace; appealing to the princes, and exciting the people to declare against them. The suitors endeavour to justify their stay, at least till he shall send the queen to the court of Icarius her father; which he refuses. There appears a prodigy of two eagles in the sky, which an augur expounds to the ruin of the suitors. Telemachus then demands a vessel to carry him to Pylos and Sparta, there to inquire of his father's fortunes. Pallas, in the shape of Mentor (an ancient friend of Ulysses), helps him to a ship, assists him in preparing necessaries for the voyage, and embarks with him that night; which concludes the second day from the opening of the poem. The scene continues in the palace of Ulysses, in Ithaca.

TEXT:

Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
surrexit inde e lecto Ulyssis dilectus filius, et
vestes sibi-induit: ac gladium acutum suspendit ab-humero,
pedibus autem sub nitidis ligavit pulcra calceamenta;
profectusque-est ire e cubiculo, deo similis coram.
Continuo autem præcones argutos jussit
convocare ad-concionem capite-comantes Achivos.
Hi quidem convocabant: illi vero congregabantur perceleriter.
Ac postquam convenerant, in-unumque-congregati-erant,
profectus-est ire in concionem; manu autem tenebat æream hastam;
non solus, simul eum canes pedibus veloces sequebantur:
divinam autem in-eum gratiam defundebat Minerva.
Ipsum vero omnes cives advenientem admirabantur:
consedit autem in patris sella; cesseruntque[TR1] _ei_ senes.
His vero deinde heros Ægyptius cœpit concionari,
qui jam senio incurvus erat et plurima norat.
Etenim hujus dilectus filius cum divino Ulysse
ad Ilium generosis-equis-fœcundum ierat cavis in navibus,
Antiphus bellator: illum vero sævus interfecit Cyclops
in spelunca cava, ultimamque sibi paravit cœnam.
Tres vero ei alii erant: et unus quidem inter-procos versabatur,
Eurynomus; duo autem curabant paterna opera:
sed neque sic illius oblitus-erat, lugens et dolens.
His ille lacrimans concionatus-est, et dixit:

Audite jam nunc me, Ithacenses, quodcunque dixero;
neque unquam a-nobis concilium factum-est, nec consessus,
ex quo Ulysses divinus abiit cavis in navibus.
Nunc vero quis huc congregavit? quem necessitas tantum incessit

sive juniorum virorum sive _eorum_ qui seniores sunt?
an aliquem nuntium de-exercitu audivit veniente,
quem nobis clare enarret, quum prior audiverit?
an quippiam publicum aliud declarat et concionatur?
probus mihi videtur esse, utilis _civis._ Utinam ei ipsi
Jupiter bonum perficiat, quodcunque mente sua cogitat!

Sic ait: gaudebat autem omine Ulyssis carus filius,
nec inde diu sedit, sed cepit-impetum concionandi;
stetitque in-media concione; sceptrum autem ei imposuit in-manum
præco Pisenor, prudentia consilia sciens.
Primum deinde senem alloquens dixit:

O senex, non procul hic _est_ vir (statim autem cognosces ipse),
qui populum congregavi; potissimum autem me dolor incessit.
Neque ullum nuntium de-exercitu audivi veniente,
quem vobis clare enarrem, quum prior audiverim:
neque quicquam publicum aliud declaro nec concionor;
sed meum ipsius negotium: quod mihi malum incidit domui,
duplex: unum, _quod_ patrem strenuum perdidi, qui olim inter vos
ipsos imperabat, paterque velut, mitis erat;
nunc autem etiam longe majus, quod jam brevi domum omnem
prorsus evertet, victumque _nostrum_ plane disperdet.
Matri meæ proci ingruerunt nolenti,
eorum virorum cari filii, qui hic quidem sunt principes:
qui patris _ipsius_ in domum reformidant ire
Icarii, ut ipse dotet filiam,
detque cui voluerit et _qui_ ipsi gratus venerit.
Illi vero in nostram _domum_ commeantes diebus omnibus,
boves mactantes, et oves, et pingues capras,
splendide-convivantur, bibuntque nigrum vinum
temere: _nostra_ vero plurima absumuntur. Non enim adest vir,
qualis Ulysses erat, _qui_ malum a domo arceat.
Nos vero neutiquam _sumus_ tales qui-arceamus: (profecto inde
ignavique reperiemur, ac non periti roboris:)
aliter certe _malum_ arcerem, siquidem mihi vis adesset.
Non enim jam tolerabilia facinora patrata-sunt, neque honeste
domus mea periit; indignemini et ipsi,
aliosque revereamini vicinos homines,
qui circumhabitant: deorum vero timete iram,
ne-quid rependant, irati propter-mala facinora.
Oro et per-Jovem Olympium, et _per_ Themidem,
quæ hominum concilia et solvit et cogit.
abstinete, amici, et me solum sinite dolore mœsto
affligi: nisi forte quippiam pater meus, probus Ulysses,
infensus malis affecit bene-ocreatos Achivos;
quæ mihi rependentes, malis _me_ afficite infensi,
istos incitantes. Mihi vero satius esset,
vos absumere opesque-reconditas proventumque:
si vos comedissetis, fortasse olim etiam retributio foret.
Tamdiu enim per urbem _vos_ insectaremur verbis,
bona repetentes, donec omnia reddita-essent:
nunc vero mihi insanabiles dolores injicitis animo.

Sic ait iratus, ac sceptrum projecit in-terram,
lacrimas profundens: commiseratio autem cepit populum omnem.
Tunc ceteri quidem omnes taciti erant, nec quisquam ausus-est
Telemacho verbis respondere asperis;
Antinous vero ipsum solus respondens allocutus-est:

Telemache altiloque, animi impotens, quid locutus-es,
nos dedecorans! vis vero _nobis_ maculam inferre.
Tibi autem neutiquam proci Achivorum in-causa sunt,
sed cara mater, quæ sane perquam versutias callet.
Jam enim tertius est annus, citoque aderit quartus,
ex quo eludit animum in pectoribus Achivorum.
Omnes quidem sperare-facit, et promittit viris singulis,
nuntios mittens; mens autem ei alia cogitat.
Ipsa vero dolum hunc alium in mente excogitavit:
exorsa magnam telam in ædibus texebat,
subtilem et immensam; continuoque nos allocuta-est:
juvenes, mei proci, quandoquidem obiit divinus Ulysses,
manete, urgentes meas nuptias, donec vestem
perfecero (ne mihi vana fila pereant)
Laerti heroi sepulcralem; in _tempus_ quo ipsum
fatum triste abstulerit longum-sternentis mortis;
ne-qua me in populo mulierum-Achivarum culpet,
si absque tegumento jaceat, multa qui-possedit.
Sic ait; nobis vero inde _ei_ obsecutus-est animus generosus.
Atque ibi interdiu quidem texebat magnam telam,
per-noctes vero dissolvebat, postquam faces sibi-apposuerat.
Sic triennio quidem latebat dolo, et persuadebat Achivis:
sed quum quartus venit annus, et advenerunt horæ,
tum vero demum aliqua dixit mulierum, quæ bene norat,
et ipsam dissolventem invenimus pulcram telam.

Sic eam quidem perfecit, etiam nolens, per necessitatem.
Tibi vero sic proci respondent, ut scias
ipse tuo animo, sciantque omnes Achivi.
Matrem tuam dimitte; jube autem ipsam nubere
illi, cuicunque pater jusserit, et _qui_ placuerit ipsi.
Si vero adhuc vexabit multo tempore filios Achivorum,
ea cogitans in animo, quæ ei abunde dedit Minerva,
operaque scire præpulcra, et mentem bonam,
et versutias, quales nondum ullam audivimus nec veterum
earum quæ olim fuerunt pulcris-comis Achivæ,
Tyroque, Alcmeneque, pulcramque-coronam-gerens Mycene:
harum nulla similia commenta Penelopæ
norat: at hoc quidem probum non cogitavit:
tandiu igitur victumque tuum et bona edent,
quamdiu illa hunc habebit animum, quem illi nunc
in pectoribus posuere dii: magnam quidem gloriam sibi
comparat, at tibi desiderium multi victus (_divitiarum_):
nos vero nec ad negotia _nostra_ prius ibimus, nec usquam alio,
antequam ipsa nupserit Achivorum cuicunque voluerit.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
Antinoe, nullo-modo fas-est ex-ædibus invitam expellere
quæ me peperit, quæ me enutrivit; pater autem meus alibi terræ,
vivit ille, vel mortuus-est: durum vero me multa reddere
Icario, si ipse volens matrem dimisero.
Ex patre enim mala patiar, aliaque deus
dabit; quippe mater odiosas imprecabitur Furias,
a-domo discedens; reprehensio vero mihi ex hominibus
erit: itaque nunquam hunc ego sermonem dicam.
Vester vero siquidem animus indignatur ipsorum,
exite mihi domo, aliasque parate dapes,
vestra bona comedentes, alternantes per domos.
Si vero vobis videtur hoc satius et melius
esse, viri unius victum impune perdere,
absumite; ego vero deos invocabo sempiternos,
si unquam Jupiter dederit vindictæ opera fieri:
inulti forte deinde intra domos perieritis.

Sic ait Telemachus: huic vero duas-aquilas late-sonans Jupiter
ex-alto a vertice montis demisit volantes.
Hæ autem aliquamdiu quidem volabant cum flatibus venti,
propinquæ invicem, contendentes alis:
sed quum jam ad-mediam concionem clamosam pervenissent,
ibi in-gyrum-flexæ concusserunt alas densas,
aspexeruntque omnium capita, portendebantque mortem:
atque ut-se-laniarant unguibus circa malas et colla,
ad-dextram volarunt perque ædes et _per_ urbem ipsorum.
Admirati-sunt autem aves, postquam viderunt oculis,
agitaruntque in animo, quæ perfectum-iri imminebat.
Inter-hos vero et locutus-est senex heros Halitherses
Mastorides: hic enim solus æquales superabat
auguria dijudicando et fatalia edicendo:
hic ipsis bene-cupiens concionatus-est et dixit:

Audite jam nunc me, Ithacenses, quodcunque dixero:
procis vero potissimum significans hæc dico.
Illis enim ingens periculum imminet: non enim Ulysses
diu seorsum ab-amicis suis aberit; sed alicubi jam,
prope quum-sit, his cædem et fatum struit
omnibus; pluribus vero etiam aliis malum erit,
qui habitamus Ithacam undique-conspicuam. Sed longe ante
consideremus, quomodo _ipsos_ compescamus: ii vero etiam per-se
quiescant: etenim ipsis continuo hoc utilius est.
Non enim inexpertus vaticinor, sed bene sciens:
etenim illi dico perfecta-esse omnia,
ut ei narraveram, quando ad-Ilium ascendebant
Argivi, cumque ipsis abiit ingeniosus Ulysses:
dixi, _eum_ mala multa passum, amissisque omnibus sociis,
incognitum omnibus, vicesimo anno
domum venturum: hæc jam nunc omnia perficiuntur.

Hunc rursus Eurymachus, Polybi filius, contra allocutus-est:
o senex, eia age nunc vaticinare tuis liberis,
domum profectus, ne forte quid mali patiantur in-posterum:
hæc autem ego te longe _sum_ præstantior vaticinatu.
Aves vero multæ sub radiis solis
volitant, neque omnes _sunt_ fatales; ceterum Ulysses
periit procul: utinam etiam tu periisse cum illo
deberes: non tanta vaticinans concionareris,
nec Telemachum iratum sic incitares,
tuæ domui donum exspectans, si quod præbeat.
Sed tibi edico, quod et perfectum erit:
si juniorem virum, veteraque multaque sciens,
deceptum verbis incitaveris ad-irascendum,
ei quidem ipsi primum perniciosius erit;
[efficere autem omnino nihil poteris illorum gratia:]

tibi vero, senex, mulctam infligemus, quam in animo
luens ægre-feras: gravisque tibi erit dolor.
Telemacho autem in primis ego suadebo ipse:
matrem suam ad patris _domum_ jubeat redire;
ei vero _ibi_ nuptias facient, et parabunt dotem
amplam valde, quantam convenit caram filiam comitari.
Non enim antea quieturos puto filios Achivorum
a-conjugii-ambitu molesto; quia neminem timemus omnino,
nec sane Telemachum, valde licet multiloquus sit:
neque vaticinium curamus, quod tu, senex,
loqueris irritum; odio-eris autem adhuc magis.
Bona vero rursus male absumentur, neque unquam patria
erunt, dum hæc (_Penelope_) differat Achivos
suis nuptiis; nos vero rursus, exspectantes diebus omnibus,
propter virtutem contendimus, neque ad alias
imus, quas conveniens ducere est unicuique.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
Eurymache atque alii quotquot proci _estis_ generosi,
de-istis quidem non vos amplius oro, neque concionor:
jamjam enim hæc sciunt dii et omnes Achivi.
Sed age mihi date navem celerem, et viginti socios,
qui mihi hinc et illinc pertranseant viam _maris._
Proficiscar enim in Spartam et in Pylum arenosam,
reditum sciscitaturus patris diu absentis,
si quis mihi dicat mortalium, aut rumorem audiam
ex Jove, quæ potissimum fert famam hominibus.
Si quidem patris vitam et reditum audivero,
sane, vexatus licet, adhuc perduraverim in-annum:
si vero mortuum audivero, neque amplius superstitem,
reversus jam inde caram in patriam terram,
tumulum illi aggeram, et parentalia perficiam
plurima, quanta decet, et viro matrem dabo.[TR2]

Ille quidem sic locutus consedit. His autem surrexit
Mentor, qui Ulyssis eximii erat sodalis;
et _is_ ei proficiscens in navibus, commisit domum totam,
utque-parerent seni, et ipse firme omnia custodiret:
qui-ipsis bene-cupiens concionatus-est et dixit:

Audite jam nunc me, Ithacenses, quodcunque dixero:
ne quis amplius benignus, mansuetus et mitis sit
sceptriger rex, neque mente justa sciens,
sed semper difficilisque sit, et injusta faciat.
Adeo nullus recordatur Ulyssis divini
civium, quibus præfuit, paterque velut mitis erat.
Verum enimvero procos superbos nequaquam invideo
committere facinora violenta malis-consiliis mentis:
sua enim objectantes capita comedunt violenter
domum Ulyssis, quem non-amplius putant rediturum-esse.
Nunc autem cetero populo succenseo, quod-adeo omnes
sedeatis muti, ac neutiquam adorientes verbis
pauciores procos compescatis, multi quum-sitis.

Hunc autem Evenorides Leocritus contra allocutus-est:
Mentor noxie, ingenio stolide, quale locutus-es,
nos adhortans ut-compescant! Difficile vero _erit_
viris etiam pluribus pugnare _nobiscum_ de convivio.
Etenim si Ulysses Ithacensis ipse adveniens
convivantes per domum suam procos illustres
expellere domo cogitaret in animo,
non ipso lætaretur uxor, quantumvis valde desiderans,
veniente; sed _is_ ibi sævam mortem obiret,
si cum-pluribus pugnaret; tu vero non recte locutus-es.
Sed age, cives quidem dispergamini ad opera unusquisque;
huic autem properabit Mentor iter, et Halitherses,
qui ei a principio paterni sunt amici.
Sed, puto, etiam diu sedens, nuntios
percontabitur in Ithaca; perficiet vero iter hoc nunquam.

Sic igitur locutus-est, solvitque concionem celerem.
Atque hi quidem dispergebantur suam ad domum quisque:
proci vero ad ædes iverunt divini Ulyssis.

Telemachus autem seorsum profectus ad litus maris,
manus quum-lavisset e-cano mari, supplicabat Minervæ:

Audi me, qui heri deus venisti nostram domum,
et me in navi jussisti per obscurum pontum,
reditum sciscitaturum patris diu absentis,
proficisci: hæc vero omnia impediunt Achivi,
proci autem potissimum, male superbientes.

Sic ait precans: prope autem illum venit Minerva,
Mentori similis tum corpore, tum etiam voce;
et eum compellans verbis alatis allocuta-est:

Telemache, neque in-posterum ignavus eris, nec imprudens.
Si quidem tibi tui patris instillatus-est animus fortis,
qualis ille erat ad-perficiendum opusque dictumque,
non tibi deinde vanum iter erit, neque irritum:
si vero non illius es filius et Penelopes,
non te-quidem deinde spero perfecturum-esse quæ moliris.
Pauci etenim filii similes patri sunt;
plerique pejores, pauci vero patre meliores.
Sed quoniam neque in-posterum ignavus eris nec imprudens,
nec te penitus prudentia Ulyssis reliquit,
spes tibi deinceps _est te_ perfecturum hæc opera.
Ideo nunc procorum quidem sine consiliumque mentemque
insipientium, quoniam neutiquam prudentes, nec justi _sunt;_
neque omnino sciunt mortem, ac fatum atrum,
quæ jam illis imminet, die uno omnes ut-pereant.
Tibi vero profectio non-amplius longe aberit quam tu moliris.
Talis enim tibi amicus ego paternus sum,
qui tibi navem celerem parabo, et simul comitabor ipse.
Sed tu quidem ad domos profectus procis intersis,
apparaque viatica et vasis conde singula,
vinum in amphoris, et farinam, medullam hominum,
utribus in densis; ego vero per populum socios
statim voluntarios colligam: sunt autem naves
multæ in circumflua Ithaca, novæ et veteres:
harum quidem tibi ego providebo _eam_ quæ optima _sit;_
statimque instructam deducemus in-latum mare.

Sic dixit Minerva, filia Jovis: neque amplius diu
Telemachus morabatur, postquam deæ audiverat vocem.
Profectusque-est ire ad domum, suo mœstus animo:
invenit autem procos superbos in ædibus,
capras excoriantes, porcosque assantes in aula.
Antinous autem ridens obviam ivit Telemacho;
inque ejus hæsit manu, verbumque dixit et elocutus-est:

Telemache altiloque, animi impotens, ne-quid tibi aliud
in pectoribus malum sit-curæ opusque verbumque,
sed mihi ede, et bibe, sicut antea quidem.
Ista autem tibi plane omnia perficient Achivi,
navem, et delectos remiges, ut ocyus pervenias
in Pylum divinam, ad-quærendam inclyti patris famam.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
Antinoe, nequaquam licet insolentibus cum vobis
convivarique invitum, et lætari quietum.
An non satis _est,_ quod antea absumsistis multas et eximias
possessiones meas, proci; ego autem adhuc infans eram?
Nunc vero quum jam adultus sum, et aliorum orationem audiens
percipio, et jam mihi augescit intus animus,
tentabo, quomodo vobis malum fatum immittam,
sive Pylum profectus, sive hic, hoc in populo.
Proficiscar quidem (neque vanum iter erit, quod dico),
in-aliena-navi; neque enim navis compos, nec remigum
fio: sic utique vobis visum-est melius esse.

Dixit, et ex manu manum traxit Antinoi
facile: proci autem per domum convivium apparabant.
Hi vero cavillabantur et illudebant _ei_ verbis:
sic autem aliquis dicebat juvenum superbientium:

Profecto magnopere Telemachus cædem nobis molitur:
aut aliquos ex Pylo ducet auxiliatores arenosa,
aut ille etiam ex Sparta; quandoquidem sane cupit vehementer;
aut etiam in Ephyram vult, pinguem terram,
proficisci, ut inde mortifera venena afferat,
injiciatque crateri, et nos omnes perdat.

Alius autem rursus dicebat juvenum superbientium:
quis vero scit, an non et ipse profectus cava in navi,
longe ab-amicis pereat, errans, sicut Ulysses?
Sic etiam magis augeret laborem nobis:
bona enim omnia divideremus, domum vero tum
illius matri daremus habendam, atque _ei,_ qui _illam_ duxerit.

Sic dixere: ille vero in-alte-tectum penum descendit patris,
amplum, ubi cumulatum aurum et æs jacebat,
vestisque in cistis, abundeque odoriferum oleum:
ibique dolia vini veteris dulcis-potu
stabant, merum divinum potum in-se continentia,
ordine ad murum aptata: si-quando Ulysses
domum reverteretur, etiam dolores multos passus.
Clausiles vero impositæ-erant fores accurate aptatæ,
bifores: intus autem mulier proma noctesque diesque
erat, quæ omnia asservabat mentis magna-prudentia,
Euryclea, Opis filia Pisenoridæ.
Hanc tum Telemachus allocutus-est, in-penum vocatam:

Nutrix, age jam mihi vinum in amphoris hauri
suave, quale post illud dulcissimum _est,_ quod tu servas,
illum exspectans infelicem, siquando venerit
generosus Ulysses, mortem et fatum elapsus.
Duodecim vero imple, et operculis apta omnes.[TR3]
Ac mihi farinam infunde bene-consutis utribus:
viginti autem sint mensuræ molitæ frumenti farinæ.
Ipsa vero sola scias: hæc autem conferta omnia adsint:
sub-noctem enim ego _ea_ accipiam, quando jam
mater in superna-conclavia ascenderit, somnumque cogitarit.
Proficiscar enim in Spartam et in Pylum arenosam,
reditum sciscitaturus patris cari, sicubi audiero.

Sic dixit; ejulavit vero cara nutrix Euryclea,
et lugens, verbis alatis _eum_ allocuta-est:

Cur vero tibi, care fili, in mente hæc cogitatio
est? quonam autem vis ire multam per terram,
solus quum-sis _filius_ dilectus? ille vero periit longe a-patria,
generosus Ulysses, alieno in populo.
Hi vero tibi statim profecto mala machinabuntur posthac,
ut dolo pereas; hæc vero ipsi omnia divident.
Verum mane hic, tuis insidens; neque omnino te oportet
per pontum infructuosum mala pati, neque errare.

Hanc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
confide, nutrix: quippe nequaquam sine deo hoc consilium _est._
Sed jura, _te_ non matri caræ hæc dicturam,
priusquam quando undecimaque duodecimaque _dies_ affuerit,
aut ipsa desiderarit, et me-discessisse resciverit:
ut ne flens corpus pulcrum lædat.

Sic igitur dixit; anus vero deorum magnum jusjurandum juravit.
Ac postquam juraverat, perfeceratque jusjurandum,
statim inde illi vinum in amphoris hausit;
atque ei farinam infudit bene-consutis utribus;
Telemachus vero domos ingressus, cum-procibus versabatur.

Tum rursus aliud cogitavit dea cæsiis-oculis Minerva;
Telemachoque assimilata urbem obibat quaquaversum,
et singulis viris astans dicebat sermonem:
vesperi vero ad navem celerem congregari jubebat.
Ipsa autem porro Noemonem, Phronii clarum filium,
poscebat navem celerem; ille vero ipsi lubens promisit.

Occiditque sol, obumbrabanturque omnes viæ.
Et tunc navem celerem in-mare protraxit, omniaque in ipsa
armamenta posuit, quæ naves bene tabulatæ ferunt;
statuitque in extremitate portus; circum autem strenui socii
frequentes congregabantur: deaque hortabatur singulos.

Tunc rursus aliud cogitavit dea cæsiis-oculis Minerva:
festinavit ire ad ædes Ulyssis divini;
ibi procis dulcem somnum infudit,
fallebatque bibentes; e-manibus _ipsis_ excutiebat pocula.
Hi autem dormitum festinabant in urbem, neque amplius diu
sedebant, quia ipsis somnus palpebris incidebat.
Sed Telemachum allocuta-est cæsiis-oculis Minerva,
evocatum ex-ædibus bene-habitatis,
Mentori similis tum corpore, tum etiam voce:

Telemache, jam quidem tibi bene-ocreati socii
sedent ad-remigium, tuum exspectantes impulsum:
sed eamus, ne diutius differamus iter.

Sic igitur locuta præcessit Pallas Minerva
celeriter; ille autem continuo post vestigia ibat deæ.
Ac postquam ad navem devenerant et mare,
invenerunt deinde in litore capite-comantes socios.
Hos vero allocuta-est divina vis Telemachi:

Adeste, amici, viatica afferamus: omnia enim jam
conferta _sunt_ in domo: mater vero mea neutiquam scit,
neque aliæ ancillæ; una autem sola rem audivit.

Sic igitur locutus præcessit; illi simul sequebantur.
Ipsi vero inde omnia ferentes bene-tabulata in navi
deposuerunt, ut præcepit Ulyssis carus filius.
Inde Telemachus navem conscendit, præibat autem Minerva,
navisque in puppe consedit; prope autem eam
sedebat Telemachus: illi vero retinacula solverunt;
atque etiam ipsi _nave_ conscensa in transtris considebant.
His vero secundum ventum misit cæsiis-oculis Minerva,
acrem Zephyrum, sonantem per obscurum pontum.

Telemachus autem socios adhortatus[TR4] jussit
armamenta tractare: hi vero adhortanti auscultarunt.
Malum autem abiegnum cavam intra basem
statuerunt elevatum, et rudentibus colligarunt:
trahebantque vela alba bene-tortis loris-bubulis.
Flatu autem implevit ventus medium velum; ac fluctus circa
carinam ater valde resonabat, nave eunte:
hæc vero currebat per fluctum conficiens viam.
Quumque-ligassent inde armamenta celerem per navem nigram,
statuerunt crateras, coronatos vino:
libabantque immortalibus diis sempiternis;
ex omnibus vero potissimum Jovis oculis-cæsiæ filiæ.
Per-totam-noctem quidem illa et mane conficiebat iter.

[TR1] "cesserunt que" -> "cesseruntque"
[TR2] "dabo," -> "dabo."
[TR3] "omnes" -> "omnes."
[TR4] "ad hortatus" -> "adhortatus"

Odysseæ III.—Quæ in Pylo facta.

ARGUMENT: THE INTERVIEW OF TELEMACHUS AND NESTOR.

Telemachus, guided by Pallas in the shape of Mentor, arrives in the morning at Pylos, where Nestor and his sons are sacrificing on the sea-shore to Neptune. Telemachus declares the occasion of his coming: and Nestor relates what passed in their return from Troy, how their fleets were separated, and he never since heard of Ulysses. They discourse concerning the death of Agamemnon, the revenge of Orestes, and the injuries of the suitors. Nestor advises him to go to Sparta, and inquire further of Menelaus. The sacrifice ending with the night, Minerva vanishes from them in the form of an eagle: Telemachus is lodged in the palace. The next morning they sacrifice a bullock to Minerva; and Telemachus proceeds on his journey to Sparta, attended by Pisistratus.

The scene lies on the sea-shore of Pylos.

TEXT:

Sol autem prorupit, relicto pulcro lacu,
cœlum in æreum, ut immortalibus luceret,
et mortalibus hominibus super almam terram:
illi autem ad-Pylum, Nelei bene-ædificatum oppidum,
pervenerunt; hi vero (_Pylii_) in litore maris sacra faciebant,
tauros totos-nigros, Neptuno cæruleis-capillis.
Novem autem consessus erant, quingeni vero in unoquoque
sedebant, et porriciebant in-singulis novem boves.
Quum hi viscera gustarunt, deoque femora incenderunt,
illi recta appellebant, atque vela navis æqualis
legerunt tollentes, ipsamque in-portu-statuere, egressique-sunt ipsi:
ac Telemachus nave egrediebatur: præibat autem Minerva.
Illum prior allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:

Telemache, non tibi opus jam pudoris ne tantillum quidem:
ideo enim et pontum pernavigasti, ut audires
de-patre, ubi _eum_ occultet terra, et quodnam fatum adierit.
Verum age nunc recta vade ad-Nestorem equûm-domitorem:
videamus, quodnam consilium in præcordiis absconditum-habeat.
Ora autem eum ipsum, ut vera dicat:
mendacium vero non dicet; valde enim prudens est.

Huic autem rursus Telemachus prudens contra locutus-est:
Mentor, quonam-modo jam accedam, quoque-modo salutabo ipsum?
neutiquam adhuc sermonum peritus-sum prudentium;
pudor vero _est,_ juvenem virum seniorem interrogare.

Hunc vero rursus allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:
Telemache, alia quidem ipse in mente tua dispicies,
alia vero et deus suggeret; non enim puto
te diis invitis natumque-esse enutritumque.

Sic igitur locuta præivit Pallas Minerva
celeriter: ille vero continuo post vestigia ibat deæ.
Venere autem in Pyliorum virorum congregationemque et consessus.
Ibi Nestor sedebat cum filiis; circumque socii
convivium apparantes, carnes assabant, aliasque transfigebant.
Hi vero, ut hospites viderunt, conferti venerunt omnes,
manibusque prehensabant, et considere jubebant.
Primus Nestorides Pisistratus prope accedens,
utrorumque prehendit manum _ipsos_que collocavit ad epulas,

pellibus in mollibus, super arenas marinas,
juxtaque fratrem Thrasymedem, et patrem suum.
Præbuit autem inde viscerum partes, infundebatque vinum
aureo poculo: propinans vero allocutus-est
Palladem Minervam, filiam Jovis ægidem-tenentis:

Supplica nunc, o hospes, Neptuno regi;
hujus enim in-epulas incidistis, huc profecti.
Ac postquam libaveris et supplicaveris, qua fas est,
da et huic deinde poculum dulcis vini
ad-libandum; quoniam et hunc puto immortalibus
supplicare: omnes enim diis indigent homines.
Sed junior est, ætasque-_ejus_-eadem mecum ipso:
propterea tibi priori dabo aureum poculum.

Sic locutus in manibus _deæ_ posuit poculum dulcis vini:
gaudebat autem Minerva prudenti viro justo,
eo-quod ipsi priori præbuerat aureum poculum.
Statimque supplicavit multa Neptuno regi:

Audi, Neptune terram-continens, neu dedigneris
nobis supplicantibus perficere hæc opera.
Nestori quidem omnium-primo et filiis gloriam præbe:
ac deinde ceteris da gratam remunerationem,
cunctis Pyliis, ob-inclytam hecatombam.
Da vero etiam Telemachum et me re-confecta redire,
cujus-gratia huc venimus celeri cum nave nigra.

Sic igitur jam precabatur, et ipsa omnia perficiebat;
dedit vero Telemacho pulcrum poculum duplex.
Eodemque ipso-modo supplicavit Ulyssis carus filius.
Hi autem ut assarant carnes superiores et _igni_ extraxerant
partibus distributis, epulabantur splendidas epulas.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
illis inde sermonem exorsus-est Gerenius eques Nestor:

Nunc jam decentius est inquirere et interrogare
hospites quinam sint, postquam saturati-sunt cibo.
O hospites, quinam estis? unde navigatis humidas vias?
utrum ob aliquod negotium, an temere vagamini,
tanquam prædones, per mare; qui-quidem errant,
animas objectantes, malum alienis ferentes?

Hunc rursus Telemachus prudens contra allocutus-est,
confidens: ipsa enim _ei_ in animo confidentiam Minerva
posuit, ut illum de patre absente interrogaret:
[et ut ipsum gloria insignis inter homines haberet:]

O Nestore Nelide, magna gloria Achivorum,
interrogas, unde simus; ego vero tibi enarrabo.
Nos ex Ithaca sub-Neio _sita_ venimus;
negotium autem hoc privatum _est,_ non publicum, quod dico.
Patris mei famam latam inquiro, sicubi audiero,
divini Ulyssis audentis-animi; quem pridem aiunt,
una tecum pugnantem, Trojanorum urbem evertisse.
Alios enim omnes, quotquot cum-Trojanis pugnarunt,
audivimus, quo-in-loco unusquisque perierit sæva morte:
illius vero etiam mortem incognitam reddidit Saturnius.
Non enim quisquam potest clare dicere, ubinam perierit;
utrum ille in continenti domitus-sit a-viris infestis,
an etiam in pelago inter fluctus Amphitritæ.
Ideo nunc ad-tua genua venio, si velis
illius tristem mortem enarrare, sicubi videris
oculis tuis, aut alius orationem si-audiveris
errantis; valde enim ipsum ærumnosum peperit mater.
Nec quicquam mihi verecundans blandiaris, neu miserescens;
sed probe mihi narres, utcunque tibi-contigit videre.
Oro, si unquam tibi aliquod pater meus, strenuus Ulysses,
sive dictum, sive aliquod factum pollicitus perfecit
populo in Trojanorum, ubi passi-estis detrimenta Achivi:
horum nunc mihi memor-sis et mihi verum dicas.

Huic autem respondit deinde Gerenius eques Nestor:
o amice: quoniam me recordari-facis calamitatis, quam in illo
populo passi-sumus robore indomiti filii Achivorum;
sive quanta cum navibus per obscurum pontum
errantes ad prædam, quacunque duceret Achilles;
sive quanta etiam circa urbem magnam Priami regis
præli-fecimus; ibi vero inde occisi-sunt, quotquot optimi:
illic quidem Ajax jacet Mavortius, illic vero Achilles,
illic et Patroclus, diis _belli_ auctor similis;
illic et meus dilectus filius, simul fortis et eximius,
Antilochus, supra-modum currendo velox ac pugnator;
aliaque multa præter hæc passi-sumus mala; quis illa
omnia enarraret mortalium hominum?
neque si vel quinquennio et sexennio hic-permanens

interrogaveris, quot illic passi-sunt mala divini Achivi:
prius tædio-affectus tuam ad-patriam terram perveneris.
Novennio enim ipsis mala machinati-sumus circumvenientes
omnigenis dolis: vix tandem finem-dedit Saturnius.
Ibi nullus unquam prudentia comparari contra
voluit, quippe valde multum _eos_ superabat divinus Ulysses
omnigenis dolis, pater tuus; siquidem revera
illius gnatus es; admiratio me tenet aspicientem.
Profecto enim sermones quidem similes, nec putares
virum juniorem tantopere _ipsi_ similiter loqui.
Ibi nempe usque quidem ego et divinus Ulysses,
neque unquam in concione diverse dicebamus, nec in consilio,
sed eundem animum habentes, mente et prudenti consilio
consultabamus, Argivis ut quam optima fierent.
At postquam Priami urbem destruximus excelsam,
abivimusque in navibus, deusque dispersit Achivos:
tunc sane Jupiter tristem in mente moliebatur reditum
Argivis: quia nequaquam prudentes neque justi
omnes erant; ideoque ipsorum multi malum fatum consecuti-sunt,
ira ex perniciosa Minervæ forti-patre-natæ,
quæ contentionem Atridas inter ambos posuit.
Hi vero convocatis ad concionem omnibus Achivis,
temere, at non ut decuerat, sub solem occidentem, _post cœnam,_
(ac venerant vino gravati filii Achivorum)
sermonem proferebant, cujus gratia populum congregarant.
Ibi nempe Menelaus jubebat omnes Achivos
reditus meminisse super lata dorsa maris:
nec-tamen Agamemnoni omnino placebat: volebat enim _is_
populum detinere, facereque sacras hecatombas,
ut illam Minervæ vehementem iram placaret;
stultus, neque istud noverat, quod _iis_ non persuasurus esset.
Non enim subito deorum vertitur mens sempiternorum.
Sic hi quidem asperis sibi-vicissim-respondentes verbis
stabant: ac surrexere bene-ocreati Achivi,
clamore ingenti: bifariam autem ipsis placebat consilium.
Per-noctem quidem dormivimus, perniciosa mentibus cogitantes
mutuo: in _nos_ enim Jupiter parabat damnum mali.
Mane autem alii quidem naves deduximus in mare divinum,
resque imposuimus, profundeque-cinctas mulieres.
Dimidia vero inde pars-populi se-continebat manens
illic, apud Atriden Agamemnonem, pastorem virorum:
dimidia autem conscensis _navibus_ vela-dabamus; hæ autem valde cito
navigabant; stravit autem deus vastum pontum.
In Tenedum inde quum-venissemus, fecimus sacra diis,
domum festinantes; Jupiter vero nondum meditabatur reditum:
infestus, qui contentionem concitavit malam secundo iterum.
Alii quidem aversis iverunt navibus utrinque-recurvis,
qui circa Ulyssem _erant_ regem prudentem, variis-consiliis-instructum,
rursus Atridæ Agamemnoni gratificantes.
Sed ego cum navibus confertis, quæ me sequebantur,
fugi, quoniam cognoscebam, quod jam mala meditabatur deus.
Fugit porro Tydei filius Mavortius, excivitque socios;
sero vero tandem ad nos venit flavus Menelaus,
in Lesbo autem invenit de-longa navigatione deliberantes:
utrum supra Chium iremus asperam,
insulam versus Psyriam, ipsam a sinistris habentes;
an infra Chium, propter ventosum Mimantem.
Rogabamus autem deum, ut-ostenderet signum; atque nobis
ostendit, et jussit pelagus medium in Eubœam
secare, ut quam-celerrime infortunium effugeremus.
Ortus-est autem stridulus ventus spirare: _naves_ vero valde cito
piscosas vias percurrerunt, ad Geræstumque
nocturnæ deductæ-sunt: Neptuno autem taurorum
multa femora _igni_ imposuimus, pelagus magnum emensi.
Quartus dies erat, quando in Argo naves æquales
Tydidæ socii Diomedis equûm-domitoris
statuere: atque ego Pylum versus _cursum_ tenui; nec unquam desiit
ventus, postquam primum deus dimisit flaturum.
Sic veni, dilecte fili, inscius; nec quicquam scio
de-illis, et qui servati-sint Achivorum, quique perierint.
Quæcunque autem in ædibus sedens nostris
audivi, qua fas est, doceberis, nec te celabo.
Bene quidem Myrmidonas dicunt rediisse hastis-exercitatos,
quos ducebat Achillis magnanimi præclarus filius:
bene etiam Philocteten, Pæantis illustrem filium:
omnes porro Idomeneus in-Cretam duxit socios,
qui fugerunt ex bello, pontusque ei nullum abstulit.
Atriden vero et ipsi auditis, procul quanquam estis,
utque venit, utque Ægisthus _ei_ molitus-est tristem interitum.
Sed sane ille quidem graviter luit.
Adeo bonum _est,_ et filium interemti relictum-esse
viri; quoniam et ille ultus-est patris-occisorem
Ægisthum dolosum, qui ei patrem inclytum interfecerat.

Et tu, amice, (valde enim te video pulcrumque magnumque)
fortis esto, ut aliquis tibi et posterorum bene dicat.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
o Nestor Nelide, magna gloria Achivorum,
et abunde ille quidem ultus-est, et ei Achivi
deferent gloriam amplam, _quæ_ et posteris innotescat.
Utinam enim mihi tantam dii potentiam dedissent,
ut-ulciscerer procos de-injuria molesta,
qui mihi contumeliose-agentes, improbissima machinantur.
Sed non mihi hujusmodi destinarunt dii felicitatem,
patrique meo et mihi: nunc vero opus-est pati omnino.

Huic autem respondit deinde Gerenius Nestor:
o amice: quandoquidem hæc me recordari-fecisti et protulisti:
aiunt procos tuæ matris gratia multos
in ædibus, invito te, mala machinari.
Dic mihi, num lubens subigeris, an-te quidem cives
odio-habent in populo, sequentes dei vocem?
Quis vero scit, an non aliquando eorum violentiam ulciscatur
reversus,
sive ipse solus, sive et universi Achivi?
Si enim te sic vellet amare cæsiis-oculis Minerva,
quemadmodum tunc Ulyssis curam gerebat gloriosi,
populo in Trojanorum, ubi passi-sumus dolores Achivi
(non enim unquam vidi usque-adeo deos manifeste amantes,
quemadmodum illi manifeste astitit Pallas Minerva):
si te adeo vellet amare, curaretque animo,
tum aliquis (_quivis_) illorum utique oblivisceretur nuptiarum.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
o senex, nunquam hanc rem perfectum-iri existimo:
nimis enim magnum dixisti; stupor me tenet; non mihi-certe
speranti ea contingeret, ne si quidem dii sic vellent.

Hunc vero rursus allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:
Telemache, quale tibi dictum effugit septum dentium!
Facile deus, volens, etiam e-longinquo virum servarit.
Malim vero ego, etiam dolores multos passus,
domumque redire, et reditus diem videre,
quam, reversus, perire ad-focum _meum,_ ut Agamemno
periit sub Ægisthi dolo et suæ uxoris.
Verum enimvero mortem omnibus-æque-gravem ne dii quidem ipsi
etiam ab-amato viro possunt arcere, quando _eum_
fatum perniciosum corripuerit longum-sternentis mortis.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
Mentor, ne-amplius hæc inter-nos disseramus, mœsti quidem:
illi vero non-amplius reditus verus, sed ei jam
moliti-sunt immortales mortem et fatum atrum.
Nunc vero volo rem aliam inquirere et interrogare
Nestorem: quoniam novit jura et prudentiam præ-aliis.
Ter enim jam ipsum dicunt imperasse ævis virorum:
adeo mihi immortalis velut-videtur aspectu.
O Nestor Nelide, tu vero verum dic:
quomodo mortuus-est Atrides late-imperans Agamemno?
ubi Menelaus erat? quam vero illi machinatus-est mortem
Ægisthus dolosus? quoniam occidit _se_ multo præstantiorem.
An non in-Argo erat Achaico _Menelaus,_ sed alicubi alibi
errabat apud homines, ille vero sumto-animo interfecit?

Huic autem respondit deinde Gerenius eques Nestor:
profecto ego tibi, fili, vera omnia narrabo.
Nempe hoc ipse fere suspicaris, quemadmodum evenit.
Si viventem Ægisthum in ædibus deprehendisset
Atrides, a-Troja profectus, flavus Menelaus:
sane ei nec mortuo superfusam terram injecissent,
sed certe hunc canesque et aves dilaniassent,
jacentem in campo procul ab-Argo; neque ulla ipsum
deplorasset Achivarum: valde enim magnum molitus-erat facinus.
Nos enim illic multa obeuntes certamina,
sedebamus; ille vero securus in-secessu Argi equos-pascentis
multum Agamemnoniam uxorem demulcebat verbis.
Hæc vero primo quidem abnuebat facinus indignum,
divina Clytæmnestra; mente enim utebatur bona:
atque aderat etiam cantor vir, cui plurimum mandarat
Atrides, ad-Trojam proficiscens, ut-servet uxorem.
Sed quum jam ipsum fatum deorum irretivit ut-domaretur,
tum vero hunc quidem cantorem ducens in insulam desertam,
dereliquit avibus capturam et prædam futurum:
ipsam vero volens volentem duxit suam in-domum;
multa autem femora adolebat deorum sacris super aris,
multaque donaria suspendit, textiliaque, aurumque,
perfecto magno opere, quod nunquam sperasset animo.
Nos quidem enim simul navigabamus, a-Troja profecti,
Atrides _Menelaus_ et ego, amice affecti invicem.

Sed quum ad-Sunium sacrum pervenissemus, promontorium Athenarum,
illic gubernatorem Menelai Phœbus Apollo
suis mitibus telis aggrediens occidit,
clavum in manibus currentis navis tenentem,
Phrontin Onetoriden; qui vincebat gentes hominum
nave gubernanda, quoties ingruebant procellæ.
Sic ille quidem illic detentus-est, deproperans licet iter,
ut socium sepeliret, et inferias faceret.
Sed quando jam et ille, profectus super obscurum pontum
in navibus cavis, Malearum ad-montem excelsum
pervenit properans: tum vero invisum iter late-sonans Jupiter
_ei_ destinavit, stridulorumque ventorum flatum immisit,
fluctusque tumidos, ingentes, æquales montibus.
Illic disjunctis _navibus,_ has quidem Cretæ admovit;
ubi Cydones habitabant, Iardani circa fluenta.
Est autem quædam lævis excelsaque in mare _procurrens_ petra,
ad-fines Gortynis, in obscuro ponto;
hic Notus ingentem fluctum ad sinistrum promontorium pellebat,
in Phæstum; parvulus autem lapis magnum fluctum inhibet.
Hæ quidem eo venere: vix autem effugerunt mortem
viri: at naves ad saxa _allisas_ fregerunt
fluctus: sed quinque naves cæruleis-proris
Ægypto admovit ferens ventusque et unda.
Sic ille quidem ibi plurimum victum et aurum congregans
errabat cum navibus apud alius-linguæ homines.
Interea vero ista Ægisthus molitus-est domi tristia,
occidens Atriden: subactus-est autem populus sub illo.
Septennium vero _is_ imperavit divitibus Mycenis;
at octavo _anno_ ei in-perniciem venit divinus Orestes
retro ab-Athenis; atque interfecit patris-occisorem,
Ægisthum dolosum; qui illi patrem inclytum interfecerat.
Atque hic quum hunc occidisset, dedit cœnam-sepulcralem Argivis
matrisque invisæ et imbellis Ægisthi:
eodemque-die ei supervenit bello strenuus Menelaus,
plurima bona vehens, quantum ei naves onus ferre-poterant.
Et tu, amice, ne diutius a domo procul erres,
bonisque relictis virisque in tuis ædibus
adeo insolentibus: ne tibi omia devorent
bona, inter-se-divisa, tu vero vanum iter feceris.
Sed ad Menelaum quidem ego adhortor et jubeo _te_
proficisci; ille enim nuper aliunde venit
ex iis hominibus, unde non speraret animo
_se_ rediturum, quemcunque primum abegerint procellæ
in pelagus vastum tantum: unde utique nec aves
intra-annum venire-possunt, quoniam magnumque horrendumque.
Sed ito nunc cum nave tua et tuis sociis:
sin vero velis terrestri-itinere, aderit tibi currusque et equi,
aderuntque tibi filii mei, qui tibi duces erunt
in Lacedæmonem divinam, ubi _est_ flavus Menelaus.
Ora autem eum ipsum, ut vera _tibi_ dicat:
mendacium vero non dicet: valde enim prudens est.

Sic dixit: sol autem occidit et tenebræ supervenerunt.
Inter-hos vero et dixit dea cæsiis-oculis Minerva:

O senex, profecto hæc recte dixisti:
sed agite, secate quidem linguas, miscete autem vinum,
ut Neptuno et aliis immortalibus
ubi-libaverimus, de-cubitu cogitemus; ejus enim hora _adest._
Jam enim lumen ivit sub occasum; nec decet
diu deorum in epulo sedere, sed abire.

Dixit Jovis filia; hi vero auscultarunt locutæ.
Ipsis autem præcones aquam manibus infuderunt;
juvenes vero crateras coronarunt potu;
distribueruntque inde omnibus, auspicantes poculis;
linguas autem in igne conjecerunt, surgentesque libarunt.
Ac postquam libarant, biberantque quantum cupiebat animus,
tum vero Minerva et Telemachus deo-similis
ambo volebant cavam ad navem redire.
Nestor autem detinebat _eos_ incessens verbis:

Jupiter hoc prohibeat, et immortales dii ceteri,
ut vos a me celerem ad navem eatis,
tanquam ab-aliquo vel prorsus vestis-carenti, aut pauperculo,
cui nec lænæ nec stragula multa _sint_ in domo,
quibus neque ipse molliter, neque hospites indormiant.
At mihi sunt lænæ et stragula pulcra.
Nunquam certe hujus viri Ulyssis carus filius
navis in tabulatis cubaverit, dum equidem
vixero, deinde vero liberi _mihi_ in ædibus relinquantur,
hospites qui-excipiant, quicunque meam domum venerit.

Hunc autem rursus allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:
bene sane hæc dixisti, senex amice: tibi vero decet
Telemachum parere, quoniam longe melius sic.

Verum hic quidem nunc te sequetur, ut dormiat
tuis in ædibus; ego autem ad navem nigram
ibo, ut confirmemque socios præcipiamque singula.
Solum enim inter illos seniorem me-profiteor esse;
at ceteri ob-amicitiam juniores viri _nos_ comitantur,
omnes æquales-ætate magnanimo Telemacho.
Illic cubaverim cava in nave nigra,
nunc: sed mane ad Cauconas magnanimos
ibo, ubi debitum mihi debetur, non-sane recens,
neque exiguum: tu vero hunc, quoniam tuam venit domum,
deduc cum curru et filio: daque ei equos,
qui tibi celerrimi _sint_ currendo et robore fortissimi.

Sic igitur locuta abiit cæsiis-oculis Minerva,
aquilæ similis: stupor vero cepit omnes videntes.
Admirabatur autem senex, ut vidit oculis;
Telemachique prendit manum, verbumque dixit et elocutus-est:

O amice, haud te opinor ignavum et imbellem fore,
siquidem te juvenem sic dii ductores comitantur.
Non enim quisquam hic alius cœlestes domos habitantium,
sed Jovis filia, augustissima Tritogenia,
quæ tibi et patrem strenuum inter Argivos honorabat.
At, regina, propitia-sis; daque mihi gloriam eximiam,
ipsi, et filiis, et venerandæ uxori:
tibi autem ego sacrificabo bovem anniculam, lata-fronte,
indomitam, quam nondum sub jugum duxit vir:
hanc tibi ego sacrificabo, auro cornibus circumfuso.

Sic dixit supplicans; hunc vero audivit Pallas Minerva.
Illos autem præibat Gerenius eques Nestor,
filios et generos, suas ad ædes pulcras.
Sed postquam ad-ædes venerant inclytas regis,
ordine sedebant per sediliaque sellasque.
His vero senex, ubi-advenerant, craterem miscuit
vini dulcis-potu, quod undecimo anno
aperuit proma, et operculum demsit:
hujus senex craterem miscuit; plurimum vero Minervæ
supplicabat libans, filiæ Jovis ægidem-tenentis.

Sed ut libarant, biberantque quantum volebat animus,
alii quidem decubituri abierunt domum quisque:
hunc vero illic decumbere-fecit Gerenius eques Nestor,
Telemachum, carum filium Ulyssis divini,
tornatis in lectis, sub porticu sonora:
juxta _eum_ vero bellicosum Pisistratum, ducem virorum,
qui ei adhuc cælebs filiorum erat in ædibus.
Ipse autem dormivit in-recessu domus excelsæ:
huic vero uxor regina lectum paravit et cubile.

Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
surrexit e lecto Gerenius eques Nestor.
Egressusque consedit super politos lapides,
qui illi erant ante fores excelsas,
albi, resplendentes unguento; quibus quidem antea
Neleus insidebat, diis consiliarius par;
at ille quidem jam fato domitus ad-Orcum descenderat,
Nestor autem tum insidebat Gerenius, custos Achivorum,
sceptrum tenens; circum autem filii frequentes congregabantur,
e thalamis egressi, Echephronque, Stratiusque,
Perseusque, Aretusque, et deo-par Thrasymedes:
his vero deinceps sextus Pisistratus venit heros:
juxta autem Telemachum deo-similem collocarunt ducentes.
Illis vero sermones exorsus-est Gerenius eques Nestor:

Celeriter mihi, filii cari, perficite voluntatem,
ut scilicet omnium-primam inter-deos propitiem Minervam,
quæ mihi manifesta venit dei ad convivium opiparum.
Verum age, alius quidem rus ad-quærendam bovem eat, ut celerrime
veniat, adducatque _eam_ boum bubulcus vir;
unus autem ad Telemachi magnanimi navem nigram
profectus, omnes socios adducat, relinquat vero duos solos:
unus porro aurificem Laerceum huc jubeat
venire, ut aurum bovis cornibus circumfundat.
At ceteri manete hic simul-omnes; mandate autem intus
ancillis per domum inclytam convivium apparare,
sediliaque lignaque undique, et limpidam afferre aquam.

Sic dixit; illi autem omnes properabant: venit quidem bos
ex agro, veneruntque celeri a nave æquali
Telemachi socii magnanimi: venit porro faber,
arma in manibus tenens fabrilia, instrumenta artis,
incudemque, malleumque, bene-factamque forcipem,
quibus-quidem aurum elaborabat; venit vero Minerva,
sacris adfutura: senex autem eques Nestor
aurum dedit: ille vero deinde bovis cornibus circumfudit,

ubi-elaborarat, ut ornatum dea gauderet intuita.
Bovem autem ducebant cornibus Stratius et divinus Echephron.
Aquam vero ipsis Aretus in floribus-cælatis-ornato lebete
venit e thalamo ferens; alteraque gestabat molas
in canistro; securim autem bellicosus Thrasymedes
acutam tenens in manibus astabat, bovem cæsurus.
Perseus vero vas tenebat: senex autem eques Nestor
aquamque molasque prælibabat: multumque Minervæ
supplicabat primitias-offerens, e-capite pilos in ignem conjiciens.

Ac postquam precati-sunt, et molas projecerunt,
statim Nestoris filius, magnanimus Thrasymedes,
feriit _bovem_ prope stans: securis autem abscidit nervos
cervicales, solvitque bovis robur: et alte-precatæ-sunt
filiæque nurusque, et pudica uxor
Nestoris, Eurydice, maxima-natu Clymeni filiarum.
Hi quidem deinde tollentes bovem a terra spatiosa
tenebant: at mactavit Pisistratus, dux virorum.
Ex-illa autem ut niger sanguis fluxerat, reliqueratque ossa animus,
cito dein ipsam divisere; statimque femora exciderunt
omnia rite, et adipe cooperuerunt,
hanc duplicantes; super ea vero frusta-cruda-imposuere.
Adolebatque in lignis-fissis senex, insuperque nigrum vinum
libabat; juvenes vero juxta eum tenebant verua-quinque-cuspidum manibus.
Sed ubi femora exusta-erant, et viscera gustarant,
minutatim-secuere cetera, et verubus transfixere,
assabantque, acuta verua in manibus tenentes.

Interea vero Telemachum lavit pulcra Polycaste,
Nestoris minima-natu filia Nelidæ.
Ac postquam laverat, et unxerat pingui oleo,
eique indusium pulcrum circumjecerat et tunicam,
ipse e lavacro exiit, corpore immortalibus similis:
juxtaque Nestorem consedit, pastorem virorum.

Hi vero postquam assarant carnes superiores, et _igni_ extraxerant,
epulabantur sedentes; deinde viri præstantes surgebant,
vinum infundentes in aureis poculis.
Ac quum potus et cibi desiderium exemissent,
illis dein sermones exorsus-est Gerenius eques Nestor:

Filii mei, agite, Telemacho pulcris-jubis equos
jungite sub currum ducentes, ut conficiat iter.

Sic dixit; hi vero ei statim auscultarunt ac paruerunt:
celeriterque junxere sub currum veloces equos.
Ac mulier proma panem et vinum imposuit,
obsoniaque, qualia edunt Jovis-alumni reges.
Inde Telemachus perpulcrum conscendit currum:
juxta _eum_ vero Nestorides Pisistratus, dux virorum,
in currumque conscendit, et habenas cepit manu:
scuticaque-percussit _equos_ ut-currerent: hi vero non inviti volarunt
in campum, reliqueruntque Pyli excelsam urbem;
ac per-totum-diem quatiebant jugum utrinque habentes.

Occiditque sol, obumbrabanturque omnes viæ:
ad Pheras autem venerunt, Dioclis ad domum,
filii Orsilochi, quem Alpheus genuit filium.
Ibi vero noctem dormiverunt: illeque iis hospitalia apposuit.

Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
equosque junxerunt, et currum varium conscenderunt;
[eque vestibulo agitarunt, et e-porticu sonora:]
scuticaque-percussit _equos_ ut-currerent: hi vero non inviti volarunt.
Venerunt autem in campum frugiferum; ibi vero inde
conficiebant iter: tantopere enim _eos_ extulere veloces equi.
Occiditque sol, obumbrabanturque omnes viæ.

Odysseæ IV.—Quæ in Lacedæmone facta.

ARGUMENT: THE CONFERENCE WITH MENELAUS.

Telemachus with Pisistratus arriving at Sparta, is hospitably received by Menelaus to whom he relates the cause of his coming, and learns from him many particulars of what befell the Greeks since the destruction of Troy. He dwells more at large upon the prophecies of Proteus to him in his return; from which he acquaints Telemachus that Ulysses is detained

in the island of Calypso.

In the meantime the suitors consult to destroy Telemachus on the voyage home. Penelope is apprised of this; but comforted in a dream by Pallas, in the shape of her sister Iphthima.

TEXT:

Hi autem pervenere in-cavam Lacedæmonem cavernosam;
ad ædes vero agebant Menelai gloriosi.
Hunc invenere præbentem-epulum nuptiale multis sodalibus,
filii atque filiæ eximiæ, sua in domo.
Hanc quidem Achillis perrumpentis-agmina-virorum filio mittebat:
in Troja enim primum spoponderat et annuerat _se_
eam daturum: illis vero dii nuptias perficiebant.
Hanc igitur ipse illuc cum-equis et curribus mittebat, ut-iret
Myrmidonum in urbem inclytam, quibus _ille_ imperabat.
Filio autem e-Sparta Alectoris nuptum-dabat filiam,
qui ei sero-natus erat, fortis Megapenthes,
e serva: Helenæ autem dii prolem non-amplius dabant,
ex-quo semel pepererat filiam amabilem,
Hermionen, quæ speciem habebat aureæ Veneris.

[Sic hi quidem epulabantur per altam magnam domum,
vicini atque amici Menelai gloriosi,
oblectantes-se: inter eos vero cantabat divinus cantor,
citharam-pulsans; duoque saltatores inter eos,
illo cantum auspicante, saltabant in medio.]

Hi autem in vestibulo ædium, ipsique et equi,
Telemachusque heros, et Nestoris inclytus filius,
steterunt: ac progressus vidit _eos_ præstans Eteoneus,
sedulus famulus Menelai gloriosi.
Ivit autem annuntiaturus per ædes pastori virorum,
propeque stans verbis alatis _eum_ allocutus-est:

Hospites en quidam isti _adsunt,_ Jovis-alumne o Menelae,
viri duo, soboli vero Jovis magni similes-sunt.
Sed dic, utrum ipsis solvamus veloces equos,
an ad-alium dimittamus ut-eant, qui _eos_ amice-excipiat.

Hunc autem valde indignatus allocutus-est flavus Menelaus:
non quidem stultus eras, Boethide Eteoneu,
antea: at nunc quidem, veluti puer, puerilia loqueris.
Profecto jam nos, hospitalia multa postquam-comedimus
aliorum hominum, hunc venimus: utinam Jupiter
in-posterum quidem liberarit ab-ærumna. Sed solve equos
hospitum, atque ipsos introduc ad-epulandum.

Sic dixit: ille vero e domo proruit, vocabatque alios
sedulos famulos, una ut-sequerentur se ipsum.
Hi vero equos quidem solverunt sub jugo sudantes:
et eos quidem alligarunt ad equina præsepia,
apponebantque far, et hordeum album admiscuerunt:
currus autem inclinarunt ad parietes collucentes:
ipsos vero duxerunt-in augustam domum; hi autem videntes
admirabantur _euntes_ per domum Jovis-alumni regis.
Instar enim solis splendor erat, sive lunæ,
domum per excelsam Menelai gloriosi.
At postquam satiati-sunt videndo oculis,
ad labra descendentes perpolita, lavarunt.
Hos vero postquam ancillæ laverant et unxerant oleo,
et lænas villosas circumjecerant _ipsis_ atque tunicas:
in sellis consederunt _hi_ juxta Atriden Menelaum.
Aquam autem ancilla gutturnio infundebat ferens,
pulcro, aureo, super argenteo lebete,
ad-lavandum: juxtàque politam extendit mensam.
Cibum[TR1] vero veneranda proma apposuit ferens,
fercula multa imponens, largiens de-præsentibus.
[Coquus autem carnium lances apposuit elevatas
diversarum: et eis apposuit aurea pocula.]
Hosque dextera-prehendens allocutus-est flavus Menelaus:

Cibumque gustate et gaudete. Ac deinde,
cœnam quum-gustaveritis, interrogabimus, quinam sitis
hominum: non enim vestrorum genus _oblivione_ periit parentum,
sed virorum genus estis Jovis-alumnorum regum,
sceptriferorum: quippe nequaquam ignavi tales genuerint.

Sic dixit; atque ipsis terga bovis pinguia apposuit,
assata, manibus prehensa, quæ ei in-honorem apposuerant ipsi.
Hi vero ad cibos paratos appositos manus porrigebant.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
tum vero Telemachus alloquebatur Nestoris filium,
prope admoto capite, ut ne audirent ceteri:

Considera, Nestoride, meo carissime animo,
ærisque splendorem per domum sonoram,
aurique, electrique, et argenti, atque eboris.
Jovis utique talis _est_ Olympii intus aula.
Quanta hæc infinita multa! admiratio me tenet intuentem.

Hunc autem loquentem intellexit flavus Menelaus,
et ipsos compellans, verbis alatis allocutus-est:

Filii cari, cum-Jove quidem mortalium haud ullus contenderit:
immortales enim hujus ædes et possessiones sunt:
hominum vero aut aliquis mihi contendat, aut etiam non,
opibus; certe enim multa passus et multum vagatus
adduxi _hæc_ in navibus, et octavo _demum_ anno veni:
ad-Cyprum, Phœnicenque, et Ægyptios vagatus,
Æthiopasque adii, et Sidonios, et Erembos,
et Libyam, ubi agni protinus cornuti sunt.
Ter enim _ibi_ pariunt oves integrum per annum.
Ibi quidem neque herus indigens _est,_ neque omnino pastor,
casei et carnium, neque dulcis lactis:
sed semper præbent per-totum-annum lac mulgendum.
Dum ego circa illa multas facultates colligens
errabam, interea mihi fratrem alius interfecit,
clam, ex-improviso, dolo perniciosæ uxoris:
adeo nequaquam gaudens hisce facultatibus impero.
Et e-patribus ista debetis audivisse, quicumque vobis
sunt: quandoquidem valde multa passus-sum, et perdidi domum,
perquam habitantibus-commodam, continentem multa et pretiosa.
Quorum utinam vel tertiam habens in ædibus partem
habitarem, at viri salvi essent, qui tum periere
Troja in lata, longe ab-Argo equos pascente.
Sed tamen omnes quidem lugens et deflens,
(crebro in ædibus desidens nostris,
modo quidem luctu mentem oblector, modo autem rursus
quiesco: cita vero _venit_ satietas tremendi luctus)
horum omnium-causa non tantum lugeo, dolens licet,
ut unius-gratia, qui mihi somnum invisum-facit et cibum,
recordanti: quoniam nullus Achivorum tanta molitus-est,
quanta Ulysses molitus-est et pertulit: huic autem destinatum-erat
ipsi dolores ut-forent, mihi vero mœror semper gravissimus
de-eo, quoniam diu longe-abest; nec quicquam scimus,
vivatne ille, an mortuus-sit: deflent certe illum
Laertesque senex, et prudens Penelope,
Telemachusque, quem reliquit recens natum in domo.

Sic dixit: huic autem ob-patrem desiderium excitavit fletus.
Lacrimam vero a palpebris humi demisit, de-patre audiens,
lænam purpuream oculis prætendens
utraque manu: animadvertit autem ipsum Menelaus;
deliberavitque deinde in mente et in animo,
utrum eum ipsum patris sineret meminisse,
an prior interrogaret, singulaque exploraret.

Dum ille hæc deliberabat in mente et in animo,
Helena ex thalamo odorifero alte-tecto
egressa-est, Dianæ aureum-arcum-habenti similis.
Huic autem ilico Adrasta sellam bene-factam posuit:
Alcippe vero tapetem ferebat mollis lanæ:
Phylo autem argenteum calathum ferebat, quem illi dedit
Alcandra, Polybi uxor, qui habitabat in Thebis
Ægyptiis, ubi plurimæ in ædibus possessiones jacent:
qui Menelao dedit duo argentea labra,
geminosque tripodas, decemque auri talenta.
Seorsum vero rursus Helenæ uxor _ejus_ dedit pulcra dona;
aureamque colum, calathumque infra-circinatum præbuit,
argenteum, auro vero superius labia munita-erant.
Hunc igitur ei ancilla Phylo apposuit ferens,
filo elaborato repletum: ac super eum
colus extensa-erat, violaceam lanam habens.
Sedit autem in sella, et scabellum sub pedibus erat.
Continuo vero hæc verbis maritum interrogabat singula:

Scimusne jam, Menelae Jovis-alumne, quosnam hi
hominum se-profiteantur venisse nostram domum?
Mentiar, an verum dicam? jubet autem me animus.
Non enim _me_ ullum puto similem adeo vidisse
nec virum nec mulierem, (admiratio me tenet adspicientem;)
ut hic Ulyssis magnanimi filio similis-est,
Telemacho, quem reliquit recens natum in domo
ille vir, quando mei impudentis gratia Achivi
venistis sub Trojam, bellum sævum excitantes.

Hanc autem respondens allocutus-est flavus Menelaus:
sic nunc et ego existimo, uxor, ut tu conjicis:
illius enim ejusmodi _sunt_ pedes, ejusmodique manus:

oculorumque jactus, caputque, et superne comæ.
Et nunc sane ego recordatus de Ulysse
loquebar, quanta ille, ærumnas-patiens, toleraverit
pro me: atque hic amaram sub palpebris lacrimam stillabat,
lænam purpuream oculis obtendens.

Hunc vero rursus Nestorides Pisistratus contra allocutus-est:
Atride Menelae, Jovis-alumne, dux virorum,
illius quidem hic filius _est_ vere, quemadmodum dicis;
sed modestus est, indignumque-putat in animo,
huc profectus primum, interpellationes proferre
coram te, cujus nos, dei tanquam, delectamur voce.
Ceterum me misit Gerenius eques Nestor,
hunc simul comes ut-sequerer; cupiebat enim te videre,
ut ei aut sermonem aliquem suggereres, aut aliquod opus.
Plurimos enim dolores habet de-patre filius absente
in domo _sua,_ cui non alii auxiliatores sunt;
sicut nunc Telemacho hic quidem (_pater_) abest, neque ei alii
sunt, qui in populo avertant _ab eo_ calamitatem.

Hunc autem respondens allocutus-est flavus Menelaus:
dii boni, certe perquam amici viri filius meam domum
venit, qui mea gratia plurima exanclavit certamina:
atque ipsum cogitabam _huc_ profectum _me_ amice-excepturum præ aliis
Argivis, si nobis super mare reditum dedisset
navibus velocibus fieri Olympius late-sonans Jupiter.
Et sane ei in Argo condidissem urbem, et ædes exstruxissem,
et Ithaca advecto cum facultatibus et filio suo
et omnibus civibus, una urbe evacuata,
earum quæ circumhabitantur reguntur que a-me ipso.
Et crebro, hic si-essemus, una-versaremur: nec nos
aliud _quicquam_ diremisset amantesque oblectantesque-nos,
antequam tandem mortis nigra nebula nos obtexisset.
Sed hæc quidem futurum-erat ut-invideret deus ipse,
qui illum infelicem non-reducem solum reddidit.

Sic dixit: his vero omnibus desiderium excitavit fletus.
Flebat quidem Argiva Helena, Jove enata;
flebat etiam Telemachusque et Atrides Menelaus;
neque Nestoris filius absque-lacrimis habebat oculos.
Recordabatur enim in animo eximii Antilochi,
quem Auroræ interfecit splendidæ inclytus filius:
hujus ille recordatus verba alata dixit:

Atride, supra quidem _alios_ te mortales prudentem esse
Nestor dicebat senex, quando mentionem-faceremus tui:
[ipsius in ædibus, et nos-mutuo alloqueremur:]
atque nunc, si qua licet, pareas mihi; non enim ego
delector flens inter-cœnandum: sed et Aurora
aderit mane-genita: gravor quidem neutiquam
deflere _eum,_ quicunque mortuus-fuerit mortalium et fatum obierit.
Hic nimirum et honor solus _est_ miseris mortalibus,
comam tondere _amicos de mortuis,_ profundereque lacrimas de-genis.
Etenim meus obiit frater, neutiquam ignavissimus
Argivorum: debes autem tu nosse: non enim ego
congressus-sum, nec vidi: supra autem alios dicunt fuisse
Antilochum, supra quidem _alios_ currendo velocem ac bellatorem.

Hunc autem respondens affatus-est flavus Menelaus:
o amice: quandoquidem tanta dixisti, quanta prudens vir
diceret et faceret, etiam qui major-natu esset:
(talis enim et patris _es,_ quare etiam prudenter loqueris:
facile autem conspicua _est_ proles viri, cui Saturnius
felicitatem destinaverit et uxorem-ducenti et nascenti,
quemadmodum nunc Nestori dedit perpetua diebus omnibus,
ipsum quidem molliter senescere in ædibus,
filios porro prudentesque et hastis (_bello_) esse optimos)
nos vero fletum quidem sinamus, qui prius incidit:
cœnæ autem rursus memores-simus, manibusque aquam
infundant: sermones autem etiam mane erunt
Telemacho et mihi, ut-colloquamur inter-nos.

Sic dixit: Asphalion vero aquam manibus infundebat,
sedulus famulus Menelai gloriosi.
Hi vero ad cibos paratos appositos manus extendebant.

Tum vero aliud cogitavit Helena, Jove enata:
protinus inde in vinum misit medicamen, unde bibebant,
luctui-iræque-adversum, malorum oblivionem-inducens omnium.
Qui illud biberit, postquam crateri mixtum-fuerit,
non tota-die profuderit lacrimam de genis,
ne si quidem ei mortui-fuerint materque paterque;
ne si quidem ei coram fratrem, aut carum filium

ferro trudicarint, ipse vero oculis videret.
Talia Jovis filia habebat medicamina sollerter-excogitata,
bona, quæ ei Polydamna præbuerat, Thonis uxor,
Ægyptia; ubi plurima producit alma terra
medicamina, multa quidem bona mixta, multa autem perniciosa:
medicus vero _ibi_ unusquisque _est_ peritus supra omnes
homines: sane enim Pæonis sunt ex-genere.
Ac postquam immiserat, jusseratque vinum-infundi,
denuo verbis excipiens _maritum_ allocuta-est:

Atride Menelae, Jovis-alumne, atque etiam hi
virorum fortium filii, (enimvero deus alias alii
Jupiter bonumque malumque dat: potest enim omnia)
sane nunc convivamini, sedentes in ædibus,
et sermonibus delectamini: convenientia enim narrabo.
Omnia quidem non ego enarrare-queam, nec nominare,
quot Ulyssis audentis-animi sunt certamina:
sed qualiter istud fecit, et sustinuit fortis vir
populo in Trojanorum, ubi passi-estis ærumnas Achivi.
Se ipsum plagis indecoris domans,
pannos-viles circumjiciens humeris, servo similis,
virorum hostium ingressus-est urbem latis-viis:
alii vero se-ipsum viro celans assimilabat,
mendico, qui neutiquam talis erat apud-naves Achivorum:
huic similis ingressus-est Trojanorum urbem. Illi _eum_ ignorabant
omnes: ego vero ipsum sola agnovi, talis licet-esset,
et ipsum interrogabam: ille tamen astutia tergiversabatur.
Sed quum jam ipsum ego lavissem et unxissem oleo,
vestibusque induissem, et juravissem firmum jusjurandum,
non prius _me_ Ulyssem inter Trojanos prodituram,
quam ipse ad naves veloces tentoriaque pervenisset:
tum demum mihi omnem mentem aperuit Achivorum.
Plurimos autem Trojanorum quum-interfecisset longo ære,
ivit ad Argivos: atque astutiæ _famam_ reportavit multam.
Ibi aliæ Trojanæ stridule ejulabantur: sed meum pectus
gaudebat: quippe jam mihi cor versum-erat ut-redirem
rursus domum: noxam vero deflebam, quam Venus
dederat, quando me duxit illuc cara a patria terra,
filiamque meam post-me-relinquentem, thalamumque, maritumque,
nulla re mancum, nec mente, nec forma.

Hanc autem respondens allocutus-est flavus Menelaus:
sane hæc utique omnia, uxor, recte dixisti.
Jam quidem multorum cognovi consiliumque mentemque
virorum heroum, multamque peragravi terram:
sed nondum talem ego vidi oculis,
quale Ulyssis audente-animo erat carum cor.[TR2]
Quale etiam hoc fecit et ausus-est fortis vir
equo in polito, ubi insidebamus omnes optimi
Argivorum, Trojanis cædem et fatum ferentes.
Venisti deinde tu illuc: jussisse autem te videbatur
deus, qui Trojanis volebat gloriam præbere;
et te Deiphobus deo-similis sequebatur profectam.
Ter autem circumlustrasti cavas insidias attrectans,
et nominatim Danaorum appellabas optimos,
omnium Argivorum vocem _tuam_ assimilans uxoribus (_uxorum vocibus_).
At ego et Diomedes et divinus Ulysses,
sedentes inter medios, audivimus ut vocasti.
Nos quidem ambo promti-eramus exsilientes
aut exire, aut intus protinus respondere:
at Ulysses prohibuit et continuit quantumvis cupidos.
[Ibi ceteri quidem omnes tacebant filii Achivorum:
Anticlus vero te solus excipere verbis
volebat; sed Ulysses os manibus comprimebat
indesidenter robustis, servavitque omnes Achivos: _quem_
tamdiu tenuit, donec te seorsum abduxisset Pallas Minerva.]

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
Atride Menelae, Jovis-alumne, dux virorum,
durius _est:_ nequaquam enim ei ista depulere tristem interitum,
ne si ei cor quidem ferreum intus esset.
Sed agite, ad cubile dimittite nos, ut jam
somno sub dulci delectemur cubantes.

Sic dixit: Argiva autem Helena, ancillis præcepit
cubilia sub porticu ut-ponerent, et stragula pulcra
purpurea injicerent, sternerentque supra tapetas,
lænasque imponerent villosas superne quibus-integerentur.
Illæ vero iverunt ex ædibus, facem in manibus habentes:
cubiliaque stravere; sed hospites ducebat præco.
Atque hi quidem in vestibulo domus illic cubarunt,
Telemachusque heros, et Nestoris inclytus filius;
Atride vero dormiebat in-recessu domus excelsæ,
juxtaque Helena sinuoso-peplo cubavit divina inter-mulieres.

Quando vero mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
surrexit e lecto bello strenuus Menelaus,
vestesque sibi-induit, et gladium acutum suspendit-ab humero,
pedibusque nitidis subligavit pulcros calceos:
progressus-est autem e thalamo, deo similis coram:
Telemachoque assidebat, verbumque dixit et elocutus-est:

Quænam vero te necessitas huc duxit, Telemache heros,
ad Lacedæmonem divinam, per lata dorsa maris?
publicane-res, an privata? hoc mihi vere dic.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus est:
Atride Menelae, Jovis-alumne, dux virorum,
veni, si quam mihi famam de-patre diceres.
Comeditur mihi domus, perieruntque pinguia opera:
hostilium autem virorum plena _est_ domus, qui mihi perpetuo
pecora alia-post-alia mactant, et trahentes-pedes camuros boves,
matris meæ proci, superbam contumeliam exercentes.
Propterea nunc ad-tua genua veni, si forte velis
illius sævam perniciem narrare, sicubi vidisti
oculis tuis, sive _de ea_ alius sermonem audivisti
errantis: valde enim ipsum ærumnosum peperit mater.
Nec quicquam mihi verecundans blandiaris, neu miserescens,
sed plane mihi enarra, quemadmodum tibi-contigit videre.
Precor, si unquam tibi aliquod pater meus, strenuus Ulysses,
aut dictum, aut aliquod factum pollicitus effecit
populo in Trojanorum, ubi passi-estis ærumnas Achivi:
horum nunc mihi memento, et mihi verum dic.

Hunc autem graviter ingemiscens allocutus-est flavus Menelaus:
dii boni! profecto perquam fortis viri in cubili
volebant cubare, imbelles ipsi quum-sint.
Ut vero quando in lustro cerva fortis leonis
hinnulos ubi-collocarit recens-genitos, lactentes,
saltus investigat, et valles herbosas
pascens; ille vero deinde suum ingressus-est cubile,
utrisque autem illis duram mortem infert:
ita Ulysses illis durum fatum inferet.
Utinam enim, Jupiterque pater, et Minerva, et Apollo,
talis, qualis olim bene-condita in Lesbo
e contentione cum-Philomelide luctatus-est assurgens,
prostravitque _eum_ fortiter, gavisi-sunt autem omnes Achivi
talis cum-procis _quoque_ congrederetur Ulysses:
omnes brevisque-vitæ fierent amarisque-nuptiis.
De-istis vero quæ me interrogas et petis, non equidem
alia præter _verum_ dixerim declinando, nec te decipiam:
sed quæ quidem mihi dixit senex marinus verax,
horum nullum tibi ego celabo dictum, neque occultabo.

In-Ægypto etiamnum dii huc cupientem redire
detinebant, quoniam non ipsis feceram perfectas hecatombas.
[sed semper volebant dii _nos_ meminisse præceptorum.]
Insula autem quædam est undoso in ponto,
Ægyptum ante, (Pharum autem ipsam vocant)
tantum semota, quantum _spatii_ toto-die cava navis
confecerit, cui stridulus ventus aspiret a-puppi:
in _ea_ autem portus _est_ opportunus, unde naves æquales
in pontum deducunt, postquam-hauserunt nigram aquam.
Illic me per-viginti dies detinebant dii, neque unquam venti-secundi
spirantes apparebant in-mare-flantes, qui navium
ductores sunt super lata dorsa maris.
Et jam viatica omnia consumta-fuissent, et animi virorum,
nisi me aliqua dearum miserata-fuisset, et me servasset,
Protei potentis filia, marini senis,
Idothea: huic enim maxime sane animum commovi;
quæ mihi soli reptanti occurrit, seorsum a-sociis.
Semper enim circa insulam vagantes piscabantur
curvis hamis: urgebat vero ventrem fames.
Hæc autem me prope stans, verbum dixit, locutaque-est:

Stultus es, o hospes, tantopere, an desipiens?
aut sponte cessas, et delectaris dolores ferens,
quod adeo diu in insula detineris, neque ullum finem
invenire potes; deficit autem tibi cor sociorum.

Sic dixit: sed ego ipsam respondens allocutus-sum:
eloquar tibi, quæcunque tandem es dearum,
quomodo ego neutiquam volens detinear, sed videor
immortales offendisse, qui cœlum latum habitant.
Sed tu quidem mihi dic, (dii vero omnia sciunt)
quisnam me immortalium impedit, et arcet ab-itinere,
reditumque _dic,_ ut per pontum proficiscar piscosum.

Sic dicebam: illa autem statim respondit, præstantissima dearum:

enimvero tibi, hospes, _hæc_ valde vere enarrabo.
Versatur quidam hic senex marinus verax,
immortalis Proteus Ægyptius, qui-utique maris
totius fundos novit, Neptuno subserviens:
huncce meum aiunt patrem esse, ac _me_ genuisse.
Quem si quo-pacto tu possis insidiatus prendere,
ille tibi dicat viam et mensuras itineris,
reditumque, ut per mare proficiscaris piscosum;
ac præterea tibi dicat, Jovis-alumne, si velis,
quodcunque tibi in ædibus malumque bonumque acciderit,
absente te per-longam viam difficilemque.

Sic dixit: at ego ipsam vicissima allocutus-sum:
ipsa nunc explica tu insidias divini senis,
ne quo-pacto me prævidens, aut præsciens, effugiat:
difficilis etenim est deus mortali homini domitu.

Sic dicebam; illa vero continuo respondit, præstantissima dearum:
enimvero ego tibi, hospes, _has_ valde vere enarrabo.
Quando sol in-medium cœlum ascenderit,
tunc e mari emergit senex marinus verax,
flatu sub Zephyri, nigra superficie-horrescentis-maris obtectus;
egressusque decumbit sub specubus cavis:
circa ipsum vero phocæ, progenies (_s._ pisces) pulcræ Halosydnæ,
confertæ dormiunt, e cano mari egressæ,
acerbum exspirantes maris perprofundi odorem.
Illuc te ego ducens, simul cum aurora illucescente,
collocabo _vos_ ex-ordine: tu vero diligenter elige socios
tres, qui tibi apud naves bene-tabulatas optimi _sunt._
Omnes autem tibi enarrabo malas-astutias hujus senis.
Phocas quidem primum numerabit, et obibit:
ac postquam omnes per-quinos-numerarit et inspexerit,
cubabit in mediis, pastor veluti in-gregibus ovium.
Hunc quidem ubi primum decubuisse videritis,
tum deinde vobis curæ-sit roburque visque:
illic vero tenete obluctantem et nitentem licet elabi.
Omnia vero ut-fiat, tentabit, quæcunque in terra
reptilia oriuntur, et aqua, et immane-ardens ignis:
vos autem firmiter tenete, magisque premite.
Sed quando demum te ipse interrogaverit verbis,
talis apparens, qualem decubuisse videritis,
tum vero desiste a-vi, solveque senem,
heros: interroga vero, deorum quisnam te affligat;
reditumque, ut per pontum proficiscaris piscosum.

Sic locuta, pontum subiit fluctuantem.
At ego ad naves, ubi stabant in arenis,
ibam: multa vero mihi cor in-profundo-agitabat eunti.
Ac postquam ad navem deveneram ac mare,
cœnamque apparavimus, et supervenit divina nox;
tum vero dormivimus in litore maris.
Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
tum vero ad litus maris late-patentis
ivi, multum diis supplicans: atque socios
tres ducebam, quibus potissimum confidebam omnem ad impetum.

Interea autem illa ingressa maris latum sinum,
quatuor phocarum e ponto pelles attulit;
omnes vero erant recens-detractæ: dolum autem struebat patri.
Cubilia vero in arenis quum-exsculpisset marinis,
sedebat exspectans; nos autem valde prope venimus ipsam:
ex-ordineque _ea nos_ collocavit, injecitque corium unicuique.
Illic sane molestissimæ insidiæ erant: affligebat enim graviter
phocarum in-mari-nutritarum teterrimus odor:
quis enim marinum apud cetum cubare-posset?
sed ipsa _nos_ servavit et excogitavit magnum auxilium:
ambrosiam naribus unicuique supposuit afferens,
dulce admodum spirantem, sustulitque ceti odorem.
Totum autem mane exspectabamus patienti animo:
phocæ vero e mari venere confertæ: eæ quidem deinde
ordine cubabant juxta litus maris.
Meridianus autem senex exiit e mari, invenitque phocas
obesas: omnes vero obibat, recensuitque numerum.
Ac nos primos recensuit inter-cetos, neque omnino animo
suspicabatur dolum esse: deinde autem decubuit et ipse.
Nos vero vociferantes irruimus; circumque _eum_ manus
jecimus; nec senex dolosæ obliviscebatur artis:
sed primum quidem leo factus-est bene-jubatus,
ac deinde draco, et panthera, atque ingens sus;
factus-est etiam liquida aqua, et arbor alto-vertice-comans.
Nos vero firmiter _eum_ tenebamus constanti animo.
Sed quum jam angebatur senex, malas-versutias sciens,
tum vero me verbis interrogans allocutus-est:

Quisnam tibi, Atrei fili, deorum contulit consilia,

ut me caperes invitum insidiatus? cujus-rei tibi est-opus?

Sic dixit: at ego ipsum respondens allocutus-sum:
scis, senex, (quid me ista decipiens interrogas?)
quomodo jam diu in insula detineor, neque aliquem finem
invenire queo, conficitur autem mihi intus cor.
Sed tu saltem mihi dic, (dii vero omnia sciunt)
quisnam me immortalium detineat, et arceat ab-itinere,
reditumque _dic,_ ut per pontum proficiscar piscosum.

Sic dicebam; ille vero me statim respondens allocutus-est:
atqui omnino debebas Jovique aliisque diis
facere sacra pulcra et _naves_ conscendere, ut citissime
tuam in patriam venires, navigans per nigrum pontum.
Non enim tibi prius fatum _est_ amicosque videre et venire
ad-domum bene-ædificatam, et tuam in patriam terram,
quam quando Ægypti, a-Jove-fluentis fluvii,
rursus ad-aquas redieris, fecerisque sacras hecatombas
immortalibus diis, qui cœlum latum tenent:
et tunc tibi dabunt viam dii, quam tu cupis.

Sic dixit; at mihi confractum-est carum cor,
eo-quod me rursus jubebat per obscurum pontum
in-Ægyptum ire, longum iter difficileque.
Verum etiam sic ipsum verbis respondens allocutus-sum:

Hæc quidem sic plane perficiam, senex, ut tu præcipis.
Sed age mihi hoc dic et vere enarra,
si omnes cum navibus incolumes redierint Achivi,
quos Nestor et ego reliquimus, a-Troja profecti,
an aliquis periit morte inopinata, sua in nave,
aut amicorum in manibus, postquam bellum confecerit.

Sic dicebam: ille vero me statim respondens allocutus-est:
Atride, quid me hæc interrogas? nec quicquam te oportet
scire, neque explorare meum animum; nec te puto
diu absque-lacrimis fore, postquam bene omnia audieris.
Multi enim illorum domiti-sunt, multi vero relicti;
duces autem duo soli Achivorum ære-loricatorum
in reditu periere: pugnæ vero etiam tu interfuisti.
Unus autem adhuc alicubi vivus detinetur lato in-ponto.
Ajax quidem apud naves domitus-est longis-remis-instructas.
Gyris primum Neptunus admovit,
petris magnis, et salvum-eduxit e-mari:
et sane effugisset mortem, etiamsi invisus Minervæ,
nisi superbum dictum protulisset, et in-magnum incidisset-peccatum:
dixit _vel_ invitis diis _se_ evitaturum magnos fluctus maris.
Hunc vero Neptunus magna audivit jactantem:
statim deinde, tridente sumto, manibus validis
percussit Gyræam petram, et abscidit ipsam:
et unum quidem illic manebat, alterum vero frustum incidit mari:
cui Ajax primum insidens valde perculsus erat;
eum autem ferebat in mare infinitum, undosum.
[Sic ille quidem ibi periit, postquam biberat salsam aquam.]
Tuus vero utcunque effugit mortem frater et evitavit
in navibus cavis: servavit enim _eum_ veneranda Juno.
Sed quando jam statim erat ad-Malearum montem arduum
perventurus, tum vero ipsum abreptum procella
pontum per piscosum tulit, valde ingemiscentem,
agri ad extremam-oram; ubi ædes habitabat Thyestes
prius, at tunc habitabat Thyestiades Ægisthus.
Sed quum jam et illinc appareret reditus incolumis,
retro vero dii ventum verterunt, et _illi_ domum venerunt:
sane ille quidem gaudens ingressus-est patriam terram,
et osculabatur tangens suam patriam: multæ vero ab ipso
lacrimæ calidæ fundebantur, quia lubenter vidit terram.
Hunc autem e specula conspexit speculator, quem constituerat
Ægisthus dolosus _eo_ ducens: promisit autem mercedem,
auri duo talenta: observabat vero hic in annum,
ne ipsum lateret prætervehens, recordareturque _Agamemno_ strenuæ fortitudinis.
Ivit autem nuntiaturus ad ædes pastori virorum.
Statim vero Ægisthus dolosam excogitavit machinam:
electis per populum viginti viris optimis
constituit insidias, et ab-altera-parte jussit convivium apparari.
At ipse ivit invitans Agamemnonem, pastorem virorum,
cum-equis et curribus, nefanda animo-agitans.
Hunc autem ignarum perniciei reduxit, et trucidavit
convivio-exceptum, ut aliquis interfecerit bovem ad præsepe.
Nec quisquam Atridæ sociorum relictus-est, qui eum sequebantur,
nec quisquam Ægisthi; sed strati-sunt in ædibus.

Sic dixit; at mihi confractum-est carum cor;
flebam autem in arenis sedens; nec mihi cor

volebat amplius vivere, et videre lumen solis.
At postquam flendoque volutandoque saturatus-eram,
tum vero me allocutus-est senex marinux verax:

Ne-amplius, Atrei fili, longo tempore indesinenter sic
fleas, quoniam non remedium aliquod inveniemus: sed citissime
tenta, quo jam tuam in-patriam terram pervenias.
Aut enim ipsum vivum deprehendes, aut Orestes
interfecit præveniens: tu vero sepulturæ occurreris.

Sic dixit: at mihi cor et animus generosus
rursus intra pectus, etiamsi mœsto, lætabatur:
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-sum:

Hos quidem jam novi: tu vero tertium virum nomina,
qui adhuc vivus detinetur in-lato mari.
[aut mortuus: volo autem, etiamsi mœstus, audire.]

Sic dicebam: ille vero me statim respondens allocutus-est:
filius Laertæ, in Ithaca ædes habitans:
hunc vero vidi in insula uberes lacrimas fundentem,
Nymphæ in ædibus Calypsus, quæ ipsum necessitate
detinet: illeque non potest in-suam patriam terram pervenire.
Non enim ei adsunt naves remigio-instructæ, et socii,
qui ipsum devehant per lata dorsa maris.
Tibi vero non a-fato-decretum est, Jovis-alumne o Menelae,
in Argo equos-pascente mori et fatum obire:
sed te in Elysium campum et fines terræ
immortales mittent, ubi flavus Rhadamanthus _est:_
ubi quidem facillima vita est hominibus:
non nix, neque hiemis multa, neque unquam imber,
sed semper Zephyri argute-spirantes auras
Oceanus emittit, ad-refrigerandum homines:
quoniam habes Helenam, et ipsis Jovis gener es.

Sic locutus, pontum subiit fluctuosum.
At ego ad naves simul cum divinis sociis
ivi; multa autem mihi cor in-profundo-agitabat eunti.
Ac postquam ad navem devenimus et mare,
cœnamque apparavimus, supervenitque divina nox:
tum denique dormivimus in litore maris.
Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
naves quidem omnium-primum deduximus in mare divinum,
et malos imposuimus et vela navibus æqualibus:
et ipsi porro ingressi in transtris consederunt;
ordine autem sedentes canum mare verberabant remis.
Rursus autem ad Ægypti _regionem,_ a-Jove-fluentis fluvii,
constitui naves, et feci perfectas hecatombas.
Ac postquam sedaveram deorum iram sempiternorum,
aggessi Agamemnoni tumulum, ut inexstincta _ei_ gloria esset.
His peractis, redii: dederuntque mihi ventum-secundum
dii, qui me celeriter caram in patriam deduxerunt.
Verum age nunc mane in ædibus meis,
donec undecimaque duodecimaque fuerit _dies;_
et tunc te bene dimittam, daboque tibi splendida dona,
tres equos et currum bene-politum: ac deinde
dabo pulcrum poculum, ut libes diis
immortalibus, mei memor per-dies omnes.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
Atride, ne sane me multo tempore hic detine.
Etenim in annum ego apud te certe perdurarem
sedens, nec me domus caperet desiderium, nec parentum:
vehementer enim sermonibus verbisque tuis auscultans,
oblector: sed jam mihi tædio-afficiuntur socii
in Pylo divina: tu vero me in-tempus hic detines.
Donum autem, quodcunque mihi dederis, sit quod-recondi-possit;
equos vero in Ithacam non ducam, sed tibi ipsi _eos_
hic relinquam oblectamentum: tu enim campo imperas
lato, in quo quidem lotus multus, in _quo_ cyperus,
triticumque, et far, ac late-germinans hordeum album.
In Ithaca autem nec sane curricula lata, nec omnino pratum:
capris-pascendis-apta _est;_ et magis ardua _solo_ equos-pascente.
Nulla enim insularum equis-agendis-idonea nec-bonis-pratis-instructa,
quæ mari incumbunt; Ithaca vero etiam supra omnes.

Sic dixit: risit vero bello strenuus Menelaus,
manuque eum demulsit, verbumque dixit et elocutus-est:

Sanguinis es boni, care fili, quippe-talia loqueris:
atqui ego tibi hæc _dona_ commutabo; possum enim.
Donorum autem, quæcunque in mea domo recondita jacent,
dabo, quod pulcerrimum et pretiosissimum est.
Dabo tibi craterem elaboratum; argenteus vero

est totus, auro autem labra supra-munita-sunt;
opus vero _est_ Vulcani: donavit autem eum _mihi_ Phædimus heros,
Sidoniorum rex, quando ejus domus suscepit
illuc me in-reditu-profectum: tibi autem volo id præbere.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Convivatores autem in ædes ierunt divini regis:
illique adducebant quidem oves, afferebantque validum vinum:
panem vero ipsis uxores pulcris-vittis-in-capite intulerunt.
Sic illi quidem circa cœnam in ædibus occupabantur.

Proci vero ante Ulyssis domum
discis delectabantur et hastilibus jaculantes;
in facto-arte pavimento, ubi antea insolentiam exercebant.
Antinous vero consederat et Eurymachus divinæ-formæ,
principes procorum, virtute autem erant longe optimi.
His autem filius Phronii Noemon prope accedens,
Antinoum verbis interrogans allocutus-est:

Antinoe, numquid scimus in mente _nostra,_ an etiam non,
quando Telemachus redeat e Pylo arenosa?
navem mihi abiit abducens; mihi vero opus est illa,
Elidem in spatiosam ut-trajiciam, ubi mihi equæ
duodecim feminæ, subtus autem muli patientes-operis
indomiti: ex-quibus aliquem adigens domarem.

Sic ait: illi vero in animo obstupescebant; non enim putabant
in Pylum _eum_ abiisse Neleiam, sed alicubi illic
in-agris, aut apud-oves esse, aut cum-subulco.

Hunc autem rursus Antinous allocutus-est, Eupithei filius:
vere mihi dic; quando abiit, et quinam illum
juvenes sunt-secuti? ex-Ithacane electi, an sui ipsius
mercenariique servique? poteruit etiam perficere.
Et mihi hoc dic vere, ut bene sciam,
utrum tibi vi invito abstulit navem nigram,
an lubens ei dedisti, postquam adortus-est _te_ sermone?

Hunc autem filius Phronii Noemon contra allocutus-est:
ipse lubens ei dedi: quid fecerit etiam alius,
quando vir talis, habens curas in-animo,
petat? difficile negare præbitionem foret.
Juvenes autem, qui in populo excellunt apud nos,
illi eum secuti-sunt; ac ducem ego conscendentem vidi
Mentorem, aut deum; illi vero ipsi in-omnibus similis-erat.
Sed hoc miror: vidi hic Mentorem divinum
heri sub-auroram; tunc autem conscendit navem in-Pylum.

Sic igitur locutus abiit ad domos patris.
His vero utrisque perculsus-est animus generosus;
proci autem simul consedere, et cessarunt a-certaminibus.
Inter-eos vero Antinous fatus-est, Eupithei filius,
dolens: furore autem multum præcordia circumfusa-nigro _sanguine_
implebantur, oculi vero ei igni splendenti similes-erant:

Di boni! certe magnum facinus superbe patratum-est
Telemacho, profectio hæc! dicebamus autem ei non perfectum-iri.
Tot vero invitis juvenculus puer abiit sic,
nave deducta, electisque per populum optimis.
Incipiet et ulterius malum esse: sed ei ipsi
Jupiter perdat vim, antequam nobis malum severit.
Verum agite, mihi date navem celerem et viginti socios,
ut eum ipsum venientem insidiis-excipiam, et observem,
in freto Ithacæque Samique asperæ:
ut cum-sua-pernicie naviget propter patrem.

Sic dixit; illi vero omnes laudabant atque hortabantur:
statim deinde exsurgentes ibant in domum Ulyssis.

Neque inde Penelope per-longum tempus fuit inscia
sermonum, quos proci in mente profunde-cogitabant;
præco enim illi dixit Medon, qui audiebat consilia,
extra aulam quum-esset: illi vero intus consilium texebant.
Ivit autem annuntiaturus per domos Penelopæ:
hunc autem in limine venientem allocuta-est Penelope:[TR3]

Præco, cur vero te miserunt proci inclyti?
an ut-dicas ancillis Ulyssis divini,
a-labore ut-cessent illisque ipsis convivium apparent?
Ne ambientes _me_ neque alio decedentes,
ultimum et postremum nunc hic cœnent!
Qui frequenter congregati, victum absumitis multum,
possessionem Telemachi prudentis. Nec quisquam a-patribus
vestris pridem audiistis, pueri quum-essetis,
qualis Ulysses erat inter vestros parentes,
neque ulli faciens injuriam, nec quicquam _tale_ locutus

in populo? qui-utique est mos potentium regum,
alium ut-oderit _quis_ mortalium, alium amet.
Ille vero nunquam omnino malo quemquam affecit:
sed vester quidem animus et indigna facinora
apparent, neque ulla est _in vobis_ gratia postea beneficiorum.

Hanc autem rursus allocutus-est Medon, prudentia sciens:
utinam enim sane, regina, hoc maximum malum esset.
Sed multo majusque et gravius aliud
proci meditantur, quod ne perficiat Saturnius:
Telemachum cogitant interficere acuto ære,
domum revertentem; ille vero profectus-est ad-quærendam patris famam
in Pylum sacram et in Lacedæmonem divinam.

Sic ait; illi vero ibi soluta-sunt genua et carum cor:
diu autem ipsam inopia-vocis tenuit; atque ei oculi
lacrimis impleti-sunt, clara autem ei detenta-est vox.
Tandem vero ipsum verbis respondens allocuta-est:

Præco, cur vero mihi filius abiit? nec quicquam ipsum oportebat
naves celeres conscendere, quæ maris equi hominibus sunt,
trajiciuntque immensum humidum.
An ut ne nomen quidem ejus inter homines relinquatur?

Huic autem respondit deinde Medon, prudentia sciens:
haud scio an aliquis ipsum deus impulerit, an et ipsius
animus impetum-ceperit ire in Pylum, ut audiat
patris sui aut reditum aut quodnam fatum obierit.

Sic igitur locutus abiit per domum Ulyssis.
Illam autem dolor circumfudit animum-crucians, neque amplius sustinuit
in-sella sedere, multæ in domo quæ-erant:
verum super limine sedebat elaborati thalami,
miserabiliter lamentans: circum autem ancillæ ejulabant
omnes, quotquot in domibus erant juniores atque vetulæ.
Illas vehementer flens alloquebatur Penelope:

Audite, amicæ; nimios enim mihi Olympius dolores dedit
præ omnibus, quotquot una mecum nutritæ-ac natæ-sunt:
quæ antea quidem maritum bonum amisi magnanimum,
omnibus virtutibus ornatum inter Danaos:
[eximium, cujus gloria lata per Helladem et medium Argos:]
nunc rursus filium dilectum abripuerunt procellæ
inglorium ex ædibus, nec de-abeunte audivi.
Infelices, ne vos quidem in animum induxistis unaquæque
e lecto me suscitare, bene scientes animo,
quando ille conscendit cavam navem nigram.
Si enim ego intellexissem istud iter molientem,
sane certe aut mansisset, quantumvis cupidus itineris;
aut me mortuam in ædibus reliquisset.
Sed aliquis famulus Dolium vocet senem,
ministrum meum, quem mihi dedit jam pater huc eunti,
et mihi hortum servat arboriferum: ut celerrime
Laertæ hæc omnia assidens enarret:
si forte aliquod ille in mente consilium texens
progressus inter-cives deploret, qui cupiunt
ipsius et Ulyssis perdere prolem deo-paris.

Hanc autem rursus allocuta-est dilecta nutrix Euryclea:
puella cara, tu quidem me interfice sævo ære,
vel sine in domo; sermonem vero te non celabo.
Noveram ego ista omnia; præbui autem illi, quæcunque jubebat,
panem et vinum dulce: a-me autem exegit magnum jusjurandum,
non prius tibi _me_ dicturam, quam duodecima adesset _dies,_
aut tu ipsa desiderares, et abiisse _se_ rescivisses;
quo ne flens corpus pulcrum læderes.
Verum _tu_ quando-lavaris, puris corpori vestibus sumtis,
in supernam-domum conscendens cum ancillis mulieribus,
supplica Minervæ, filiæ Jovis ægidem-tenentis:
hæc enim ipsum deinde et e morte ereptum-servaverit.
Neu senem afflige afflictum: non enim existimo
penitus diis beatis sobolem Arcesiadæ
invisam-esse: sed adhuc fere aliquis supererit, qui habeat
domos excelsas, et procul _sitos_ pingues agros.

Sic dixit; illiusque sedavit fletum, cohibuitque oculos a-fletu.
Ipsa vero lota, puris corpori vestibus sumtis,
in supernam-domum conscendit cum ancillis mulieribus;
imposuitque molas canistro, supplicavitque Minervæ:

Audi me, ægidem-tenentis Jovis filia, indomita,
si-unquam tibi ingeniosus in ædibus Ulysses
aut bovis aut ovis pinguia femora adolevit:

horum nunc mihi memento, et mihi carum filium serva;
procos vero averte male superbientes.

Sic locuta, ululavit; dea autem ejus audivit preces.
Proci vero tumultuabantur per ædes obscuras:
sic autem aliquis dicebat juvenum superbientium:

Profecto jam nuptias nobis multum-ambita regina
apparat; neque omnino novit, quod suo cædes filio parata-est.

Sic igitur aliquis dicebat; ea vero nesciebant, ut acta-erant.
Inter eos autem Antinous concionatus-est et dixit:

Mirifici, sermones quidem insolentes fugite
omnes pariter, ne forte quis annuntiet etiam intus.
Sed age, silentio talem exsurgentes perficiamus
sermonem, qui jam etiam omnibus in mente placuit nobis.

Sic locutus, elegit viginti viros optimos:
profectique-sunt ire ad navem velocem et litus maris.
Navem quidem omnium-primum maris in-altum traxerunt:
ac malum imposuere et vela navi nigræ:
aptaruntque remos vertebris in coriaceis;
[omnia, ut oportebat; ac vela alba expanderunt;]
arma autem ipsis tulerunt animosi famuli.
Alte vero in humido hanc stiterunt; ingressique-sunt ipsi:
illic autem cœnam sumserunt, exspectabantque vesperem supervenientem.

Illa vero in superna-domo, prudens Penelope,
jacebat jejuna, non-gustans cibum, nec potum,
cogitans, si sibi mortem effugeret filius eximius,
an ille a procis insolentibus domaretur.
Quanta autem cogitat leo virorum in turba,
timens, quum ipsi dolosum circulum circumdant:
tanta ipsam agitantem corripuit dulcis somnus:
dormiebat vero recumbens; solutique-sunt ei artus omnes.

Ibi autem aliud cogitavit dea cæsiis-oculis Minerva;
simulacrum effinxit, corpore autem assimilatum-erat mulieri,
Iphthimæ, filiæ magnanimi Icarii:
quam Eumelus duxerat, in Pheris ædes habitans.
Misit vero hanc ad domum Ulyssis divini,
dum Penelopen lamentantem, flentem,
compesceret a-fletu, ploratque lacrimoso.
In thalamum vero ingressa-est ad seræ lorum;
stetitque _ei_ supra caput, et ipsam sermone allocuta-est:

Dormis, Penelope, caro afflicta corde?
nequaquam te sinunt dii facile viventes
flere neque afflictari: quoniam adhuc rediturus est
tuus filius: nequaquam enim diis peccato-obnoxius est.

Huic autem respondit deinde prudens Penelope,
suaviter admodum dormiens in somniorum portis:

Cur, soror, huc venisti? nequaquam ante quidem
ventitabas, quandoquidem valde procul ædes habitas:
et me jubes cessare ab-ærumna ac doloribus
multis, qui me irritant in mente et in animo:
quæ ante quidem maritum bonum amisi magnanimum,
omnibus virtutibus ornatum inter Danaos:
[eximium; cujus gloria lata per Helladem et medium Argos:]
nunc rursus filius dilectus abiit cava in nave,
puer, nec laborum probe gnarus, nec negotiorum.
Hujus-causa jam ego etiam magis lugeo, quam illius:
et ob-hunc contremisco et timeo, ne-quid patiatur,
sive is eorum in populo, quo abiit, sive in ponto.
Hostes enim multi in ipsum _mala_ machinantur,
cupientes occidere, antequam in-patriam terram pervenerit.

Hanc autem respondens allocutum-est simulacrum obscurum:
confide, nec omnino in mente timeas tantopere.
Talis enim eum comes una sequitur, quam etiam alii
viri optarint _sibi_ adesse (pollet enim),
Pallas Minerva: te vero lamentantem miseratur:
quæ nunc me demisit, tibi hæc ut-dicerem.

Hanc vero rursus allocuta-est prudens Penelope:
siquidem vere tu dea es, deæque audivisti vocem,
eia age mihi et de-illo ærumnoso enarra,
sicubi adhuc vivat et videat lumen solis,
an jam mortuus-sit, et in Plutonis ædibus.

Hanc autem respondens allocutum-est simulacrum obscurum:
non tibi de-illo quidem continuo dicam,

vivatne is, an mortuus-sit: malum vero vana loqui.

Sic locutum, januæ apud seram evanuit
in flatus ventorum: illa vero e somno exsiliit,
filia Icarii; carum autem ei cor exsultavit,
ut ipsi manifestum somnium supervenerat noctis conticinio.

Proci vero conscensa _nave_ navigabant humidas vias,
Telemacho cædem gravem in mente meditantes.
Est autem quædam insula medio in-mari petrosa,
media-inter Ithacamque Samumque asperam,
Asteris, non magna; portus vero navibus-apti insunt ipsi
utrinque-accessi: ibi hunc manebant insidiantes Achivi.

[TR1] "cibum" -> "Cibum"
[TR2] "carum cor" -> "carum cor."
[TR3] "Penelope;" -> "Penelope:"

Odysseæ V.—Ulyssis ratis.

ARGUMENT: THE DEPARTURE OF ULYSSES FROM CALYPSO

Pallas in a council of the gods complains of the detention of Ulysses in the Island of Calypso: whereupon Mercury is sent to command his removal. The seat of Calypso described. She consents with much difficulty; and Ulysses builds a vessel with his own hands, in which he embarks. Neptune overtakes him with a terrible tempest, in which he is shipwrecked, and in the last danger of death; till Lencothea, a sea-goddess, assists him, and, after innumerable perils, he gets ashore on Phaeacia.

TEXT:

Aurora autem ex lectis ab eximio Tithono
surgebat, ut immortalibus lucem ferret et mortalibus:
ac dii ad-consessum considebant; inter illos vero
Jupiter altitonans, cujus potentia est maxima.
Illis autem Pallas recensebat ærumnas multas Ulyssis,
recordata; curæ-erat enim illi morans in domo Nymphæ:

Jupiter pater, atque alii beati dii sempiterni,
nullus amplius benignus, mitis, et mansuetus sit
sceptrifer rex, neque animo justa sentiens;
sed semper durus sit, et injusta faciat.
Adeo nemo memor-est Ulyssis divini,
civium quibus præfuit, et _quibus_ pater velut mitis erat;
sed ille quidem in insula jacet graves dolores patiens,
Nymphæ in ædibus Calypsus, quæ ipsum necessitate
detinet; is vero non potest suam in-patriam terram venire.
Non enim ei adsunt naves remigio-instructæ, et socii,
qui ipsum deducant super lata dorsa maris.
Nunc rursus filium dilectum occidere cupiunt,
domum revertentem: ille vero abiit ad-quærendam patris famam
in Pylum sacram atque in Lacedæmonem divinam.

Hanc autem respondens allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
filia mea, quale tibi dictum excidit septo dentium!
nonne enim hoc quidem excogitasti consilium ipsa,
ut scilicet illos Ulysses ulciscatur reversus?
Telemachum autem tu deduc prudenter (potes enim),
ut plane incolumis suam in-patriam terram veniat,
proci vero in nave retro iter-relegant.

Dixit, et Mercurium, carum filium, contra allocutus-est:
Mercuri: tu enim itidem et in-aliis nuntius es:
Nymphæ comis-pulcris dicito firmum _nostrum_ consilium,
reditum Ulyssis audenti-animo, ut redeat,
nec deorum ductu, nec mortalium hominum;
sed is in rate multis-compacta-vinculis ærumnas patiens
die vicesima ad-Scheriam glebosam perveniat,
Phæacum ad terram, qui propinqui-diis sunt;
qui ipsum ex animo, veluti deum, honorabunt,
deducentque in nave caram in patriam terram,
æsque aurumque abunde, vestemque _ipsi_ quum-dederint,
plurima, quanta nunquam e-Troja sustulisset Ulysses,
etiam-si sine-detrimento venisset, sortitus e præda portionem.
Sic enim ei fatale est amicosque videre, et pervenire
domum in excelsam, et suam in patriam terram.

Sic dixit; nec non-obsecutus-est internuntius Argicida.
Statim deinde pedibus subligavit pulcros calceos,
immortales, aureos, qui ipsum ferebant sive per mare,

sive per immensam terram, una-cum flatibus venti.
Cepit etiam virgam, qua virorum oculos demulcet,
quorumcunque vult, alios autem et dormientes excitat:
hanc in manibus tenens volabat fortis Argicida.
Pieriæ autem insistens, ex æthere incidit in-mare:
festinabat deinde super fluctus, gaviæ avi similis,
quæ circum magnos sinus maris infructuosi
piscens venans, crebro alas sibi-mergit salsugine:
huic similis multis supervectus-est fluctibus Mercurius:
sed quando jam ad-insulam pervenit procul sitam,
tum ex ponto egressus violaceo ad-litus,
vadebat, donec ad-magnam specum pervenit, in qua Nympha
habitabat pulcris-comis; hanc vero intus invenit.
Ignis quidem in focis magnus ardebat, procul vero odor
cedrique fissilis thyiæque per insulam redolebat,
ardentium: ipsa vero intus cantillans voce pulcra,
telam obiens, aureo radio texebat.
Silva autem circa specum creverat virescens,
alnusque, populusque, ete bene-odorata cypressus:
ibi vero et aves extensas-alas-habentes nidulabantur,
buhones, accipitresque, latasque-linguas-habentes cornices
marinæ, quibus-quidem marina opera curæ-sunt.
Atque ibidem extensa-erat circa speluncam cavam
vitis pubescens, florebat vero uvis:
fontes autem ex-ordine quatuor fluebant aqua limpida,
vicini inter-se versi alio alius.
Circùm vero prata mollia violis atque apio
virescebant: ibi subinde etiam immortalis si-accessisset,
admiratus-esset intuens, et oblectatus-esset animo suo.
Illic stans _hæc_ admirabatur internuntius Argicida.
Ac postquam omnia suo admiratus-erat animo,
statim in amplam speluncam intravit: neque ipsum coram
ignoravit conspicata Calypso, nobilissima dearum,
(non enim ignoti dii sibi-invicem sunt
immortales, nec si quis longe procul ædes habitet);
neque Ulyssem magnanimum intus invenit,
sed is in litore flebat sedens; ubi antea etiam,
lacrimis et gemitibus et doloribus animum scindens,
pontum in infructuosum prospiciebat, lacrimas stillans.
Mercurium autem interrogabat Calypso, nobilissima dearum,
in sella collocatum splendida, admiranda:

Cur ad-me, Mercuri aureo-caduceo, venisti,
venerandusque carusque? ante quidem neutiquam frequentabas.
Dic quod cogitas; perficere autem me animus jubet,
si possum quidem perficere, et si perfectu est.
[Verum sequere ulterius, ut tibi hospitalia apponam.]

Sic igitur locuta dea apposuit mensam,
ambrosia repletam, miscuitque nectar rubrum.
Atque ille bibebat et edebat, internuntius Argicida.
Et postquam cœnaverat, et refecerat animum cibo,
tum vero ipsam verbis respondens allocutus-est:

Interrogas me _huc_ profectum, dea, deum: atque ego tibi
vere eum sermonem enarrabo; jubes enim:
Jupiter me jussit huc ire invitum:
quis enim volens tantam percurret salsam aquam,
immensam? neque ulla prope _est_ mortalium urbs, qui diis
sacraque faciunt, et eximias hecatombas.
Sed prorsus non est Jovis mentem ægidem-tenentis
nec prætergredi alium deum, neque irritam-facere.
Ait, tibi virum adesse ærumnosissimum præ-ceteris
illis viris, qui circa urbem Priami pugnabant
novennio; decimo vero _anno_ urbe excisa abierunt
domum: at in reditu Minervam offenderunt,
quæ ipsis excitavit ventumque malum et fluctus ingentes.
[Ibi _huic_ alii quidem omnes perierunt strenui socii,
ipsum autem huc ventusque ferens et fluctus appulit.]
Eum nunc te jubet dimittere quam celerrime:
non enim ei hic sors _est_ ab-amicis seorsum perire;
sed adhuc ei fatale est amicosque videre, et pervenire
domum in excelsam, et suam in patriam terram.

Sic dixit: exhorruit vero Calypso, nobilissima dearum,
et ipsum compellans verbis alatis allocuta-est:

Improbi estis, dii, invidi præ aliis!
qui-quidem deabus invidetis cum viris dormire
palam, si qua _aliquem_ carum sibi fecerit maritum.
Sic quidem, quando Orionem cepit roseis-digitis Aurora,
tamdiu illi invidebatis dii facile viventes,
donec ipsum in Ortygia aureum-solium-habens Diana casta
suis mitibus sagittis aggrediens occidit.
Sic etiam, quando cum-Iasione pulcras-comas-habens Ceres,
suo animo obsecuta, commixta-est amore et cubili,

novali in tertiato; neque diu fuit ignarus
Jupiter, qui ipsum occidit percussum corusco fulmine.
Sic rursus nunc mihi invidetis, dii, mortalem virum adesse.
Illum quidem ego servavi navis carinæ innavigantem
solum; quoniam ei navem celerem corusco fulmine
Jupiter percussam diffiderat medio in nigro ponto.
[Ibi _huic_ alii quidem omnes perierunt strenui socii,
ipsum vero huc ventusque ferens et fluctus appulit.]
Hunc quidem ego amice-excipiebam et nutriebam, ac dicebam
_me_ facturam immortalem, et senii-expertem per-dies omnes.
Verum quandoquidem nequaquam est Jovis mentem ægidem-tenentis
nec prætergredi alium deum, neque irritam-facere;
valeat, si eum ille impellit et _ire_ jubet
pontum per infructuosum: dimittam vero ipsum nusquam ego.
Non enim mihi adsunt naves remigio-instructæ et socii,
qui ipsum deducant super lata dorsa maris.
At ei lubens consulam, neque celabo,
quomodo plane incolumis suam in-patriam perveniat.

Hanc autem rursus allocutus-est internuntius Argicida:
sic nunc dimitte, Jovisque respice iram,
ne-forte tibi in-posterum iratus succensuerit.

Sic igitur locutus abiit fortis Argicida:
ipsa vero ad Ulyssem magnanimum, veneranda Nympha,
ibat, postquam Jovis audierat mandata.
Illum autem in litore invenit sedentem: neque unquam oculi
a-lacrimis siccabantur; consumebaturque _ei_ dulcis ætas
ob-reditum lugenti, quoniam non-amplius placebat Nympha.
At sane nocte quidem dormiebat etiam necessitate
in specubus cavis, nolens apud volentem:
die vero in petris et litoribus sedens,
[lacrimis et gemitibus et doloribus animum scindens,]
pontum in infructuosum[TR1] prospiciebat, lacrimas stillans.
Prope autem astans _eum_ allocuta-est nobilissima dearum:

Infelix, ne mihi amplius hic lugeas, neu tibi ætas
consumatur; jam enim te perquam lubens dimittam.
Verum age, lignis longis abscissis, compinge-tibi ære
latam ratem: ac tabulata fige in ea
alte, ut te ferat super obscurum pontum.
Atque ego panem et aquam, et vinum rubrum
imponam animo-gratum, quæ tibi famem[TR2] arceant:
vestesque induam; mittamque tibi ventum a-tergo,
ut plane incolumis tuam in-patriam terram pervenias,
si modo dii voluerint, qui cœlum latum habitant,
qui me potiores sunt in-cognoscendoque judicandoque.

Sic ait: cohorruit autem audens divinus Ulysses,
et ipsam compellans verbis alatis allocutus est:

Aliud quid jam tu, dea, in-hoc moliris, neutiquam dimissionem:
quæ me jubes rate trajicere ingentem voraginem maris,
horrendamque difficilemque; quam neque naves æquales
veloces trajiciunt, gaudentes Jovis vento-secundo.
Neque ego, invita te, ratem conscenderim,
nisi mihi sustinueris, dea, magnum jusjurandum jurare,
nullum mihi ipsum damnum malum structuram _te_ aliud.

Sic ait; risit vero Calypo, nobilissima dearum,
manuque ipsum demulsit, verbumque dixit et elocuta-est:

Profecto improbus es, et non incallida sciens;
qualem jam hunc sermonem induxisti-in-animum proloqui.
Sciat nunc hoc Terra et Cœlum latum superne,
et delabens Stygis aqua: quod quidem maximum
jusjurandum gravissimumque est beatis diis:
non ullum tibi ipsi damnum malum _me_ structuram aliud.
Sed ea quidem cogito, et suadebo, quæcunque mihi quidem
ipsi suaderem, si-quando me necessitas tanta incesseret.
Etenim mihi mens est æqua, neque mihi ipsi
animus in præcordiis ferreus, sed misericors.

Sic igitur locuta, præivit augustissima dearum
celeriter; ille vero deinde post vestigia ibat deæ.
Pervenerunt autem ad-speluncam cavam, dea atque vir:
et ille quidem ibi resedit in solio, unde surrexerat
Mercurius: Nympha vero apposuit _ei_ omnem cibum,
ad-edendum et bibendum, qualia mortales viri edunt.
Ipsa vero e-regione sedit Ulyssis divini;
ipsique ambrosiam ancillæ et nectar apposuerunt.
Hi vero ad cibos paratos appositos manus extendebant.
Ac postquam saturati-sunt cibo et potu,
inter-eos inde sermones exorsa-est Calypso, nobilissima dearum:

Generosissime Laertiade, sollers Ulysse,

siccine vero domum caram in patriam terram
protinus nunc vis proficisci? tu autem vale nihilominus.
Siquidem scires tua mente, quantos tibi fatale _est_
dolores implere, priusquam in-patriam terram pervenias,
certe hic manens apud me hanc domum custodires,
immortalisque esses, quantumvis cupidus _sis_ videndi
tuam uxorem, cujus usque desiderio-teneris dies omnes.
Nequaquam certe illa inferiorem me-profiteor esse,
nec corpore, neque habitu: quandoquidem minime decet
mortales cum-immortalibus corpore et forma contendere.

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
veneranda dea, ne mihi ob-hoc succenseas; scio etiam ipse
omnia omnino, quod te prudens Penelope
forma deterior est, et magnitudine, coram aspectu:
illa enim mortalis est, tu vero immortalis et senii-expers.
Sed etiam sic volo, et desidero diebus omnibus,
domumque redire, et reditus diem videre.
Si quis autem _me_ pessumdet deorum in nigro ponto,
patiar, in pectore habens sustinentem-ærumnarum animum:
jam enim valde multa passus-sum, et multa pertuli
fluctibus et bello: post illa et hoc quoque fiat.

Sic dixit; sol vero occidit et tenebræ supervenerunt:
profecto autem hi in-secessu speluncæ cavæ
oblectabantur amore, prope invicem manentes.

Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
continuo quidem lænamque tunicamque induit Ulysses:
ipsa vero candidam stolam magnam induit Nympha,
tenuem et venustam, et zonam circumposuit lumbis
pulcram, auream: capitique imposuit calyptram:
et tum Ulyssi magnanimo parabat dimissionem.
Dedit quidem ei securim magnam, habilem in manibus,
æream, utrinque acutam: atque in ipsa _erat_
manubrium perpulcrum, oleaginum, bene adaptatum:
dedit vero deinde asciam perpolitam; duxque-erat viæ
insulæ ad extremam-oram, ubi arbores proceræ creverant,
alnusque, populusque, abiesque erat in-cœlum-pertingens,
aridæ dudum, valde-siccæ, quæ ei natarent leviter.
Ac postquam ostenderat, ubi arbores proceræ creverint,
ipsa quidem rediit ad domum, Calypso, nobilissima dearum.

At ille cædebat ligna; celeriterque ei perficiebatur opus.
Vigini autem dejecit _arbores_ omnes, dolavitque inde ære,
lævigavitque scite, et ad normam direxit.
Interea autem attulit terebras Calypso, nobilissima dearum:
terebravit vero _ille_ omnia, et composuit inter-se;
clavis autem eam (_ratem_) et compagibus coagmentavit.
Quantum aliquis fundum navis tornaverit vir
onerariæ latæ, bene sciens fabrilis-artis,
in tantum latam ratem fecit Ulysses.
Tabulata vero erigens, coaptans densis trabibus,
faciebat; sed longis asseribus perstruebat.
In _ea_ autem malum fecit, et antennam congruentem ei:
prætereaque gubernaculum fecit, ut dirigeret.
Communivit quoque ipsam cratibus undique vimineis,
fluctuum propugnaculum ut-essent; multamque ingessit materiam.
Interea vero lintea attulit Calypso, nobilissima dearum,
ad-vela conficienda; ille autem scite confecit et hæc.
Illigavit autem funesque rudentesque, pedesque in ea,
vectibusque deinde eam deduxit in mare divinum.

Quartus dies erat, et ei perfecta-erant omnia:
ac quinto dimisit _eum_ ab insula divina Calypso,
vestibusque indutum odoratis, et lavatum.
Imposuit autem ei utrem dea nigri vini,
alterum, alterum vero aquæ magnum; atque etiam viatica
in-pera; imposuitque ei obsonia animo-grata multa:
ventum autem immisit innocuumque placidumque.
Lætus vero vento-secundo extendit vela divinus Ulysses.
Atque is gubernaculo dirigebat artificiose,
sedens: neque ei somnus palpebris incidebat,
Pleiadasque contemplanti, et sero occidentem Booten,
Ursamque, quam et Currum vulgari-appellatione vocant,
quæ ibidem-usque vertitur, atque Orionem observat:
sola vero expers est lotionum Oceani.
Hanc etenim eum jussit Calypso, nobilissima dearum,
ponto-navigare ad sinistram manum habentem.
Septemdecim vero navigabat dies in-mari-iter-faciens,
decima octava autem apparuerunt montes umbrosi
terræ Phæacum, qua proximum erat illi:
apparebat autem, veluti scutum in obscuro ponto.

Hunc vero ex Æthiopibus reversus potens Neptunus
procul e Solymorum montibus conspexit; visus-est enim ei

in-ponto navigans; ille vero iratus-est in-animo magis:
quassansque caput ad suum dixit animum:

Dii boni! profecto jam statuerunt dii aliter
de Ulysse, me apud Æthiopas absente:
et jam Phæacum terræ prope _est,_ ubi ei fatale
effugere magnam metam ærumnarum, quæ ipsum occupant:
sed adhuc quidem eum puto abunde miseriarum subiturum.

Sic fatus collegit nubes, turbavitque pontum,
manibus tridente sumto; omnesque concitavit procellas
omnigenorum ventorum; ac nubibus operuit
terram simul et pontum; ingruit autem a-cœlo nox.
Una vero Eurusque Notusque ruit, Zephyrusque vehemens,
et Boreas serenus, magnum fluctum provolvens.
Et tunc Ulyssis soluta-sunt genua et carum cor:
ingemiscensque inde dixit ad suum magnum animum.

Heu me miserum, quid mihi in-futurum erit?
Vereor, ne jam omnia dea vera dixerit:
quæ me dicebat in mari, priusquam in-patriam terram pervenerim,
dolores impleturum-esse; ea jam nunc omnia perficiuntur.
Qualibus nubibus circumtegit cœlum latum
Jupiter, turbavitque mare; ingruunt vero procellæ
omnigenorum ventorum. Nunc mihi certum est grave exitium.[TR3]
Ter-beati Danai et quater, qui tunc perierunt
Troja in lata, Atridis gratificantes.
Utinam ego mortuus fuissem, et fatum obiissem,
die illo, quando mihi plurimi æratas hastas
Trojani injecerunt circa Peliden mortuum.
Tum sortitus-essem parentalia, et meam gloriam celebrassent Achivi:
nunc vero me misera morte decretum-est perire.

Sic igitur ipsum locutum pepulit magnus fluctus a vertice,
horrendum irruens, et ratem circumrotavit.
Longe vero a rate ipse excidit; clavum autem
e manibus dimisit; medium vero ei malum fregit
horrenda commixtorum ventorum irruens procella.
Longe autem velum et antenna inciderunt ponto.
Ipsum vero sub-aqua detinuit _fluctus_ longo tempore; nec potuit
cito admodum emergere, magni sub fluctus impetu.
Vestes enim eum gravabant, quas illi dederat divina Calypso.
Sero vero tandem emersit, et ore evomuit salsuginem
amaram, quæ ei multa a capite defluebat.
Sed ne sic quidem ratis oblitus-est, tametsi afflictus,
sed impetu-facto in fluctibus, apprehendit eam:
in medio autem consedit, finem mortis evitans.
Hanc autem ferebat magnus flucuts secundum cursum-aquarum huc et illuc.
Ut vero quum autumnalis Boreas fert spinas
per campum, densæ autem inter se cohærent:
sic illam per mare venti ferebant huc atque illuc:
interdum quidem Notus Boreæ objectavit ferendum,
interdum vero rursus Eurus Zephyro cessit persequendam.

Hunc autem vidit Cadmi filia, pulcros-talos habens Ino,
Leucothea, quæ ante quidem erat mortalis loquens;
nunc vero maris in æquoribus deorum sortita-erat honorem.
Hæc Ulyssem miserata-est vagantem, dolores habentem:
[mergo vero assimilata, volatu emersit e-gurgite,]
seditque in rate multis-vinculis-compacta, dixitque verba:

Infelix, quid tibi sic Neptunus, terræ concussor,
iratus-est vehementer, quod tibi mala multa struat?
nequaquam quidem te perdet, valde licet cupiens.
Sed omnino sic fac; videris autem mihi non desipere:
vestes has exue-et ratem ventis ferendam
relinque; at manibus natans quære reditum
ad-terram Phæacum, ubi tibi fatale est effugere.
Accipe autem hanc vittam, _et_ sub pectore extendas
immortalem: haud tibi ne-quid-patiaris timendum, nec, ne-pereas.
At postquam manibus contigeris litus,
rursus exuens projice in nigrum pontum,
longe a continente, ipse autem seorsum te-avertas.

Sic igitur locuta dea vittam _ei_ dedit:
ipsa vero rursus pontum ingressa-est fluctuantem,
mergo assimilata: niger vero ipsam fluctus obtexit.
Ac deliberavit audens divinus Ulysses,
ingemiscensque inde dixit ad suum magnum animum:

Heu mihi, ne-quis mihi struat dolum iterum _alius_
immortalium, quando me a-rate discedere jubet!
Sed omnino nondum parebo; quoniam procul oculis
terram ego vidi, ubi mihi dixit effugium esse.

Sed omnino sic faciam, videturque mihi _hoc_ esse optimum:
quamdiu quidem ligna in compagibus cohæserint,
tamdiu hic manebo et sustinebo dolores patiens:
at posteaquam mihi ratem fluctus discusserit,
natabo; quandoquidem nihil adest prospectu melius.

Dum ille hæc cogitabat in mente et in animo,
immisit magnum fluctum Neptunus terræ-concussor,
horrendumque, gravemque, excelsum: impulit autem ipsum.
Ut vero quum ventus vehementer-spirans palearum acervum dissipat
aridarum, quas quidem dispergit alias alio:
sic ipsius tabulata longa dispersit: verum Ulysses
in unum lignum conscenderat, desultorium ut equum impellens;
vestes vero exuit, quas ei dederat divina Calypso;
statimque vittam sub pectore extendit:
ipse autem pronus in-mare cecidit, manibus extensis,
natare paratus; vidit vero potens-rex Neptunus,
quassansque caput ad suum locutus-est animum:

Sic nunc mala plurima passus erra per mare,
donec hominibus Jovis-alumnis miscearis:
sed neque sic te spero parvi-pensurum malum.

Sic igitur locutus, impulit pulcris-jubis equos;
pervenitque ad Ægas, ubi ei inclytæ ædes sunt.

Ac Minerva, filia Jovis, aliud excogitavit:
nempe ceterorum ventorum obstruxit vias
et quiescere jussit, et consopitos-esse omnes;[TR4]
incitavit autem velocem Boream, fluctusque præfregit,
donec ille Phæacibus remigii-studiosis misceretur,
generosus Ulysses, mortem et fatum elapsus.

Hic duas noctes, duosque dies in fluctu denso
errabat: sæpe vero ei cor præsagiebat mortem.
Sed quando jam tertiam diem comis-pulcris fecit Aurora,
tum deinde ventus quidem quievit, atque serenitas
erat tranquilla; ipse vero inde prope conspexit terram,
acute admodum prospiciens, magno a fluctu levatus.
Ut autem quum grata vita filiis apparet
patris, qui in morbo decumbit ingentes dolores patiens,
diu contabescens, infestus autem ei ingruerat deus;
grate vero inde hunc dii a-malo liberarunt:
sic Ulyssi grate apparuit terra et silva.
Natabat vero, nitens pedibus continentem ut-conscenderet:
sed quum tantum abesset, quantum exauditur vociferatus,
tum vero sonitum audivit ad scopulos maris.
Murmurabat enim magnus fluctus, ad aridam continentis
horrendum eructans; obducta vero erant omnia maris aspergine.
Non enim erant portus, navium capaces, neque accessus;
sed litora projecta erant, scopulique, saxaque;
et tunc Ulyssi soluta-sunt genua et carum cor;
ingemiscensque inde dixit ad suum magnum animum:

Heu mihi, postquam terram insperatam dedit videre
Jupiter, et jam has undas sulcatas penetravi,
egressus nusquam apparet e-mari cano foras:
extra enim _stant_ saxa acuta, circumque fluctus
fremit impetuosus, lævisque se-attollit petra,
prope autem profundum mare: et nullo-modo licet pedibus
consistere ambobus, et effugere malum:
ne-forte me egredientem jactet lapidosam ad petram
fluctus magnus abripiens; vanus vero mihi erit conatus.
Sin vero adhuc ulterius præternatabo, sicubi inveniam
litora obliqua, portusque maris,
vereor, ne me rursus abripiens procella
pontum in piscosum ferat, graviter gementem;
aut etiam mihi et cetum immittat magnum deus
ex mari, qualia multa nutrit inclyta Amphitrite:
novi enim, ut mihi infensus-sit inclytus Neptunus.

Dum ille hæc deliberabat inmente et in animo,
interea ipsum magnus æstus tulit asperum ad litus.
Ibi cutisque lacerata-, simulque _ei_ ossa confracta-fuissent,
nisi in mentem _ei hoc_ indidisset dea cæsiis-oculis Minerva:
ambabus vero manibus irruens prehendit petram,
cui adhærebat ingemiscens, donec magnus fluctus præteriisset.
Et hunc quidem sic effugit: refluus autem _fluctus_ ipsum rursus
percussit irruens, longeque ipsum injecit ponto.
Sicut vero quum polypi, e-cubili extracti,
acetabulis multi calculi adhærescunt:
sic hujus ad saxa fortibus a manibus
cutis-partes direptæ-sunt: ipsum vero magnus fluctus obtexit.
Ibi jam infelix præter-fatum periisset Ulysses,
nisi prudentiam _ei_ dedisset cæsiis-oculis Minerva.
E-fluctu ubi-emerserat, qua _is_ eructatur ad-litus,

ibi præternatabat, in terram spectans, sicubi inveniret
litoraque obliqua, portusque maris.
Sed quando jam fluvii ad ostia pulcre-fluentis
pervenerat natans, ibi demum ei visus-est locus optimus,
lævis scopulorum, et receptus inerat a-vento;
agnovit autem profluentem, et supplicavit suo in animo:

Audi, rex, quisquis es; exoptatissimum autem ad-te venio
fugiens ex ponto Neptuni minas.
Venerabilis quidem est etiam immortalibus diis,
hominum quicunque venerit errans, quemadmodum ego nunc
ad-tuum fluentum, tuaque genua accedo, plurima passus.
Sed miserere, rex; supplicem vero tibi _me_ profiteor esse.

Sic ait: ille vero continuo sedavit suum fluentum,
continuitque fluctum;
et ante ei fecit tranquillitatem, ipsumque servavit
ad fluvii ostia: ille vero deinde ambo genua flexit,
manusque validas; mari enim afflictus-erat caro corde.
Tumebat vero corpore toto; mare autem manabat copiosum
per osque, naresque; ipse vero absque-anhelitu et -voce
jacebat viribus-defectus: defatigatio autem eum vehemens
incessit.
Sed quando jam respiravit et in mente animus collectus-est,
tum vero vittam a se solvit deæ,
et ipsam in fluvium mari-se-miscentem immisit;
retro autem _illam_ ferebat magnus fluctus per fluentum. Ilico
vero Ino
suscepit _eam_ manibus caris; ille autem ex fluvio secedens
junco incubuit, osculatusque est almam terram:
ingemiscens autem inde dixit ad suum magnum animum:

Heu mihi, quid patiar? quid mihi in-futurum etiam fiet?
Si quidem in fluvio gravem _per_ noctem excubavero,
timeo, ne me simul frigusque malum et floridus ros
præ imbecillitate conficiant exspirantem animum:
aura vero ex fluvio frigida spirat ante auroram.
Si vero in clivum ascendens et umbrosam silvam,
arbustis in densis dormiero, si me sineret
frigus et lassitudo, jucundus autem mihi somnus obreperet:
vereor, ne feris captura et præda fiam.

Sic igitur ei deliberanti visum-est utilius esse:
profectusque-est ire in silvam; hanc autem prope aquam invenit
in conspicuo-loco; duo autem inde subiit arbusta,
ex uno-loco enata, hoc quidem oleastri, illud autem oleæ.
Hæc quidem nec ventorum perflat vis humidum spirantium,
neque unquam Sol lucidus radiis percutiebat,
neque imber penetrat penitus: sic sane densa
invicem creverunt alterum-alteri-intertextum; quæ Ulysses
subiit; statimque cubile congressit manibus caris
latum: foliorum enim erat lapsarum-copia satis magna,
quantum vel duos, vel tres viros tegeret
tempestate hiberna, etiamsi vel admodum _ea_ sæviret.
Illa quidem conspecta gavisus-est audens divinus Ulysses:
in medio autem decubuit, copiamque superingessit foliorum.
Ut autem quum aliquis torrem in-cinere absconderit nigro,
agri in extremitate, cui non adsunt vicini alii,
semen ignis servans, ut ne qua aliunde incendat:
sic Ulysses foliis se-obtexit: huic autem Minerva
somnum in oculis fudit, ut _is_ ipsum cessare-faceret citissime
a-difficili labore, caras palpebras obtegens.

[TR1] "in fructuosum" -> "in infructuosum"
[TR2] "famen" -> "famem"
[TR3] Missing part of word ending with "tium" in this line -> "exitium"
[TR4] "omnes" -> "omnes;"

Odysseæ VI.—Ulyssis adventus ad Phæacas.

ARGUMENT:

Pallas appearing in a dream to[TR1] Nausicaa (the daughter of Alcinous, king of Phaeacia), commands her to descend to the river, and wash the robes of state, in preparation for her nuptials. Nausicaa goes with her handmaidens to the river; where, while the garments are spread on the bank, they divert themselves in sports. Their voices awaken Ulysses, who, addressing himself to the princess, is by her relieved and clothed, and receives directions in what manner to apply to the king and queen of the island.

TEXT:

Sic is quidem illic dormiebat, audens divinus Ulysses,
somno et labore oppressus: verum Minerva
ivit ad Phæacum virorum populumque urbemque;
qui olim quidem aliquando habitabant in spatiosa Hyperea,
prope Cyclopas, viros superbientes,
qui ipsos infestabant, viribusque potiores erant.
Inde excitos _illos_ deduxit Nausithous deo-similis,
collocavitque in Scheria, procul ab-hominibus sollertibus;
ac murum circumduxit urbi, et ædificavit domos,
et templa fecit deorum, et divisit agros.
Sed hic quidem jam fato domitus, ad-Orcum descenderat:
Alcinous vero tunc imperabat, a-diis consilia doctus.
Hujus quidem ivit ad domum dea cæsiis-oculis Minerva,
reditum Ulyssi magnanimo moliens.
Profecta-est autem ire ad thalamum multa-arte-factum, in quo puella
cubabat, immortalibus habitu et forma similis,
Nausicaa, filia magnanimi Alcinoi;
juxta autem duæ ancillæ, a Gratiis pulcritudinem habentes,
ad-postem-forium utrinque; fores vero clausæ-erant splendidæ.
Illa vero venti veluti flatus accessit ad-cubile puellæ:
stetitque surpa caput, et ipsam sermone allocuta-est,
assimilans-se filiæ nautæ-celebris Dymantis,
quæ ei æqualis quidem erat, grataque animo;
huic se-quum-assimilasset, illam affata-est cæsiis oculis Minerva:

Nausicaa, quid te sic negligentem peperit mater?
vestes quidem tibi jacent neglectæ splendidæ;
tibi vero nuptiæ propinquæ sunt, ubi oportet pulcras quidem _te_ ipsam
induere, alias autem illis præbere, qui te ducant.
Etenim ex his fama apud-homines oritur
bona; gaudent vero pater et veneranda mater.
At eamus loturæ cum aurora illucescente:
et te ego adjutrix una comitabor, ut celerrime
hæc instruas; quoniam non amplius diu virgo eris.
Jam enim te ambiunt optimi in populo
omnium Phæacum, ubi tibi _clarum_ genus est et ipsi.
Verum age, hortare patrem inclytum sub auroram
mulos et currum ut-apparet, qui vehat
cingulaque, et peplos, et pallia splendida.
Et vero tibi sic ipsi multo honestius _est,_ quam pedibus
ire; multum enim absunt labra ab-urbe.

Hæc quidem sic locuta abiit, cæsiis-oculis Minerva,
ad-Olympum, ubi aiunt deorum sedem firmam semper
esse: nec ventis concutitur, neque unquam imbre
rigatur, nec nix ingruit; sed omnino serenitas
panditur innubis, candidusque ambit splendor:
in quo delectantur beati dii diebus omnibus.
Eo abiit Minerva, postquam _hæc_ suaserat puellæ.

Statim vero Aurora advenit in-pulcro-solio, quæ eam excitabat,
Nausicaam pulcro-peplo; continuoque _ea_ admirata-est somnium.
Ivit autem per ædes, ut nuntiaret parentibus,
patri caro et matri: deprehenditque _eos,_ intus dum-essent.
Illa quidem ad focum sedebat, cum ancillis mulieribus,
pensa versans marina-purpura-tincta: ipsum autem foras
egredientem convenit ad inclytos reges
in consilium, quo ipsum vocabant Phæaces nobiles.
Hæc autem valde prope stans carum patrem allocuta-est:

Pater care, non jam mihi apparaveris currum
excelsum, agilem-rotis, ut pulcras vestes agam
ad flumen, lotura, quæ mihi sorditata jacent?
Et vero te ipsum decet inter primores versantem
consilia consulere, puras in-corpore vestes habentem.
Quinque autem tibi cari filii in ædibus sunt,
duo in-matrimonio, tres autem cœlibes florentes:
hi vero semper volunt recens-lotas vestes habentes,
ad choream ire; hæc autem meæ menti omnia curæ-sunt.

Sic dixit: verebatur enim floridas nuptias nominare
patri caro; ille vero omnia intelligebat, et respondit sermone:

Nequaquam[TR2] tibi mulos invideo, filia, nec quicquam aliud.
Abi: ceterum tibi famuli apparabunt currum
altum, agilem rotis, sirpea instructum.

Sic locutus, servis præcepit; hi vero paruerunt.
Ii quidem foras currum agilem-rotis mulinum
instruebant, mulosque submiserunt, junxeruntque sub curru:
virgo autem e thalamo ferebat vestes pulcras;
et eas quidem deposuit bene-polito in curru;
mater vero in cista collocabat animo-gratum cibum,

varium, et obsonia imposuit, et vinum infudit
utre in caprino; (puella vero conscendit currum:)
dedit etiam aurea in ampulla humidum oleum,
ut ungeretur cum ancillis mulieribus.
Illa vero accepit scuticam et habenas pulcras,
percussitque, ut-inirent-cursum; strepitus autem erat mulorum;
hi vero impigre contendebant, ferebantque vestes, et ipsam,
non solam; una cum-ea etiam ancillæ proficiscebantur aliæ.

Hæ vero quum jam fluvii ad-alveum perpulcrum pervenere,
ubi quidem labra erant perennia, multaque aqua
pulcra profluebat, etiam admodum sordidata quæ-purget:
ibi illæ mulos quidem solverunt-a curru.
Et eos quidem egerunt fluvium propter vorticosum,
ut-carperent gramen dulce: ipsæ vero a curru
vestes manibus sumserunt, et inferebant in-nigram aquam:
constipabantque in scrobibus, celeriter certamen proferentes.
Sed postquam lavarantque, purgarantque sordes omnes,
ordine _eas_ explicuerunt ad litus maris, ubi potissimum
lapillos ad litus abluebat mare.
Ipsæ porro lotæ, et unctæ pingui oleo,
prandium inde sumserunt ad ripas fluvii:
vestes autem solis manebant dum-siccarentur splendore.
Ac postquam cibo saturatæ-sunt ancillæque et ipsa,
pila hæc inde ludebant, capitum-redimiculis depositis:
illis vero Nausicaa pulcris-ulnis exordiebatur ludum.
Qualis autem Diana incedit per montem sagittis-gaudens,
aut per Taygetum arduum, aut Erymanthum,
oblectans-se apris, et velocibus cervis;
cum-illa autem simul Nymphæ, filiæ Jovis ægidem-tenentis,
agrestes ludunt; gaudet vero mente Latona;
omnes autem ipsa capite supereminet ac fronte,
facileque conspicua est, pulcræ vero omnes:
sic illa inter-ancillas excellebat virgo indomita.

Sed quum jam esset rursus domum reditura,
junctis mulis, plicatisque vestibus pulcris:
tunc iterum aliud excogitavit dea cæsiis-oculis Minerva,
ut Ulysses excitaretur, videretque pulcram-oculis puellam,
quæ ipsum Phæacum virorum ad urbem duceret.
Pilam deinde jecit in ancillam regina;
ab-ancilla quidem aberravit, profundum autem incidit in-vorticem:
illæ vero alte clamarunt. Atque experrectus-est divinus Ulysses,
sedensque cogitabat in mente et in animo:

Heu mihi, quorum demum hominum in terram deveni?
anne hi injurii sunt et feroces, nec justi?
an hospitales, et ipsis mens est deorum-reverens?
ut me puellarum circumvenit femineus clamor,
Nympharum, quæ habitant montium altos vertices,
et fontes fluviorum, et palustria-loca herbosa.
An jam alicubi homines sum prope vocales?
Verum age, ego ipse experiar ac videbo.

Sic locutus, arbustis egrediebatur divinus Ulysses:
ex densa autem silva ramum fregit manu robusta,
cum-foliis, ut tegeret circa corpus pudenda viri.
Profectus-est autem ire, veluti leo in-montibus-nutritus, robore confisus,
qui incedit complutus et ventos-passus; intus vero ei oculi
ardent: atque is boves invadit, aut oves,
aut agrestes cervas; jubet vero eum venter,
pecudes tentaturum, etiam in densam domum ire:
ita Ulysses puellis pulcras-comas-habentibus erat
congressurus, nudus licet esset: necessitas enim urgebat.
Horribilis vero ipsis apparuit, deturpatus salsugine:
diffugerunt autem, alio alia, per ripas prominentes:
sola vero Alcinoi filia mansit; ei enim Minerva
audaciam in mente posuit, et metum exemit e-membris.
Stetit vero contra, continens-se: at deliberabat Ulysses,
utrum genubus prehensis supplicaret pulcræ-oculis puellæ:
an sic _ut erat_ verbis eminus-stans blandis
eam precaretur, si ostenderet urbem, et vestes daret.
Sic igitur ei deliberanti visum-est melius esse,
precari verbis eminus-stantem blandis,
ne ei genua prehendenti irasceretur mente puella.
Protinus blandum et sollertem dixit sermonem:

Supplex-oro te, regina; deane tu aliqua, an mortalis sis.
Si quidem aliqua dea es, _eorum_ qui cœlum latum incolunt,
Dianæ te ego, Jovis filiæ magni,
formaque, staturaque, orisque-habitu, quam-proxime assimilo:
sin aliqua es ex-hominibus, qui super terram habitant,
ter-beati quidem tibi pater et veneranda mater,
ter-beati et fratres; valde, credo, ipsis animus
semper lætitia perfunditur, tui gratia,

videntibus _te_ tale germen choream ingredientem.
Ille vero rursus in animo felicissimus præter ceteris,
quicunque te, sponsalibus-donis præponderans,, domum duxerit.
Nondum enim aliqua talem vidi mortalem oculis,
nec virum, nec mulierem; admiratio me tenet aspicientem.
In-Delo sane aliquando tale, Apollinis juxta aram,
palmæ recens germen succrescens vidi:
(profectus enim eram etiam illuc, multusque me sequebatur populus
in-ea profectione quæ demum erat mihi malum damnum futura:)
eodem autem ipso-modo et illud conspicatus, obstupui animo
diu; quandoquidem nunquam tale succrevit lignum e terra:
ita te mulier admirorque, obstupeoque, vereorque admodum
genua prehendere: gravis autem me dolor occupat.
Heri vigesimo effugi die nigrum pontum:
eousque vero me perpetuo fluctus ferebat, celeresque procellæ,
insula ab Ogygia: nunc tamen huc _me_ conjecit deus,
ut adhuc fortasse et hic patiar malum. Non enim puto
cessaturum; sed adhuc multa dii efficient prius.
Verum,[TR3] regina, miserere: te enim mala multa passus
primam accessi; at ceterorum neminem novi
hominum qui hanc urbem et terram incolunt.
Urbem vero mihi ostende daque pannum circumjiciendum,
si quod forte involucrum pannorum habes, huc profecta.
Tibi vero dii tanta dent, quanta animo tuo concupiscis;
maritumque et familiam, et concordiam præbeant
bonam: non enim hoc _quicquam_ præstantius et melius _est,_
quam quando concordes animis domum teneant
vir et uxor: _tum oriuntur_ multi dolores malevolis,
gauda autem benevolis; maxime vero sentiunt ipsi.

Hunc autem rursus Nausicaa candidis-ulnis contra allocuta-est:
hospes: quandoquidem neque ignavo, nec stulto viro similis es:
Jupiter vero ipse distribuit felicitatem Olympius hominibus,
bonis atque malis prout voluerit, unicuique:
et ferre tibi istæc dedit, te autem oportet pati omnino:
nunc vero, quum ad nostramque urbem et terram venisti,
nec jam vestium indigebis, nec cujusquam alius _rei,_
quarum decet supplicem miserum compotem fieri.
Urbem autem tibi monstrabo, dicamque tibi nomen civium.
Phæaces quidem hanc urbem et terram habitant:
sum autem ego filia magnanimi Alcinoi;
ex-quo Phæacum pendet et imperium et potentia.

Dixit, et ancillis comas-pulcras-habentibus imperavit:
sistite-gradum mihi ancillæ: quo fugitis, virum conspicatæ?
an forte aliquem hostilium putatis esse virorum?
Non est ille vir vegetus homo, nec fere nascetur,
qui Phæacum virorum in terram veniat,
hostilia inferens; valde enim cari _sunt hi_ immortalibus.
Habitamus autem seorsum, undoso in mari,
extremi, nec quisquam nobiscum mortalium commercium-habet alius.
Sed hic aliquis infelix errans huc venit,
quem nunc oportet curare: a Joven enim sunt omnes
hospitesque et egeni: donum autem _ipsis_ exiguumque gratumque _est._
Verum date, ancillæ, hospiti cibumque potumque,
et lavate _eum_ in fluvio, ubi receptus est a-vento.

Sic dixit; illæ vero steterunt, et se-invicem hortatæ-sunt:
atque Ulyssem collocarunt in receptu, uti jusserat
Nausicaa, filia magnanimi Alcinoi;
atque ei palliumque tunicamque vestes apposuerunt:
dederunt porro _ei_ aurea in ampulla liquidem oleum,
jusseruntque dein ipsum lavare-se fluvii in-fluento.
Ac tum ancillas allocutus-est divinus Ulysses:

Ancillæ, state ita eminus, dum ego ipse
salsuginem ab-humeris abluam, circumque oleo
ungam me: jam enim diu a corpore abest unctio.
Coram vero haud ego lavero; vereor enim
nudari, inter-puellas pulcris-comis versans.

Sic dixit; illæ vero secesserunt, narraruntque inde puellæ.
At ex flumine a-corpore abluebat divinus Ulysses
salsuginem, quæ ei terga et latos obtegebat humeros:
e capite autem eluebat maris sordes infructuosi.
Ac postquam usquequaque lavarat-se, et oleo unxerat,
vestesque induerat, quas ei præbebat virgo indomita:
illum quidem Minerva reddidit, Jove enata,
majoremque aspectu, et crassiorem: a capite vero
crispas demisit comas, hyacinthino flori similes.
Ut autem quum quis aurum circumfundit argento vir
sollers, quem Vulcanus docuerit et Pallas Minerva
artem omnigenam; pulcra vero _is_ opera perficit:
sic in-hunc defudit gratiam in-capiteque et humeris.
Considebat deinde, seorsum profectus ad litus maris,

pulcritudine et gratia resplendens: admirabatur autem puella:
ac tunc ancillas pulcris-comis allocuta-est:

Audite me, ancillæ candidis-ulnis, ut aliquid dicam;
non omnibus invitis diis, qui Olympum tenent,
ad-Phæacas hic vir pervenit similes-diis.
Quippe antea quidem mihi indecorus videbatur esse,
nunc vero diis similis-est, qui cœlum latum habitant.
Utinam mihi talis maritus appellatus esset,
hic habitans, et ipsi placeret hic manere.
Verum date, ancillæ, hospiti cibumque potumque.

Sic dixit; illæ vero huic diligenter auscultarunt et paruerunt:
et subinde Ulyssi apposuerunt cibumque potumque.
Atque is bibebat et edebat, audens divinus Ulysses,
rapaciter; diu enim cibum non-gustaverat.

Sed Nausicaa candidis-ulnis aliud cogitavit;
vestes jam plicatas posuit pulcrum in currum,
junxitque mulos fortibus-ungulis, atque inscendit ipsa.
Adhortata-est autem Ulyssem, verbumque dixit, et elocuta-est:

Surge nunc jam, hospes, ad-urbem eamus, ut te deducam
patris mei in domum prudentis; ubi te puto
omnium Phæacum visurum-esse quotquot _sunt_ optimi.
Sed omnino sic facito; videris vero mihi non desipere:
donec quidem per agros iverimus et culta hominum,
tamdiu cum ancillis post mulos et currum,
celeriter ito; ego autem viæ dux-ero.
At postquam ad-urbem ascenderimus: circa quam murus
altus, pulcer vero portus ab-utraque-parte urbis,
arctus autem introitus; naves vero per-viam utrinque-recurvæ
subductæ-sunt: omnibus enim _nautis ibi_ statio est singulis.
Ibi porro et ipsis forum _est_ pulcrum Neptunium circa _templum,_
vectitiis lapidibus profunde-immissis exstructum.
Ibi vero navium armamenta nigrarum curant,
rudentes, et spiras: et acuunt remos.
Non enim Phæacibus curæ-est arcus, nec pharetra,
sed mali, et remi navium, et naves æquales,
quibus læti canum trajiciunt mare.
Horum evito famam amaram, ne-quis a-tergo
_me_ carpat: valde enim sunt insolentes per vulgus:
et fortasse quis sic dicat vilior obviam-factus:
Quis vero ille _qui_ Nausicaam sequitur, pulcerque magnusque,
hospes? ubi illum nacta-est? maritus utique ei erit ipsi.
Aut aliquem forte vagatum excepit sua a navi
virorum longinquorum: quippe nulli prope sunt:
aut aliquis ei supplicanti multum-exoptatus deus advenit,
e-cœlo delapsus; habebit vero ipsum dies omnes.
Rectius _fecit,_ si etiam ipsa quærens maritum invenit
aliunde: certe enim hos quidem spernit in populo
Phæacas, qui ipsam ambiunt multique et nobiles.
Sic dicent; mihi vero probra hæc essent.
Et vero alii succensuerim, quæcunque talia quidem fecerit,
quæ invitis caris patre et matre viventibus,
viris misceatur, priusquam palam nuptiæ advenerint.
Hospes, tu vero ita meum observa verbum, ut celerrime
deductione et reditu potiaris a patre meo.
Invenies pulcrum lucum Minervæ, prope viam,
ex-populis; ibi autem fons effluit, circà vero _est_ pratum:
ibi vero patris mei _est_ prædium, et florentes horti,
tantum ab urbe, quantum _aliquis_ auditur clamans:
ibi desidens mane aliquamdiu, donec nos
ad-urbem accesserimus, et pervenerimus ad-ædes patris.
Ac postquam nos putaveris ad ædes pervenisse,
tunc Phæacum eas in urbem, ac require
ædes patris mei magnanimi Alcinoi.
Facile vero conspicuæ sunt, et vel puer duceret
infans: neque enim omnino similes illis sunt
ædes Phæacum, qualis domus Alcinoi
herois. Ac postquam te ædes occuluerint et aula,
celeriter valde ædes transi, donec perveneris
ad-matrem meam; illa autem sedet ad focum in ignis splendore,
pensa versans purpurea, mirabile visu,
columnæ acclinata; ancillæ ero illi sedent a-tergo.
Ibi autem patris mei solium acclinatum-est foco:
cui ille vinum-potat insidens, immortalis instar.
Hoc præterito matris ad genua manus
extende nostræ, ut reditus diem videas
gaudens cito, etiamsi valde procul hinc sis.
[Si tibi illa quidem bene cupierit in animo,
spes tibi deinde amicosque videndi, et perveniendi
ad domum pulcre-ædificatam, et tuam in patriam terra.]

Sic igitur locuta, percussit scutica splendida
mulos; hi vero celeriter reliquerunt fluvii fluenta:

ii autem bene currebant et bene alternabant pedes.
Illa autem sedulo aurigabatur, _ita_ ut simul sequerentur pedibus
ancillæque Ulyssesque; mente (_arte_) vero impingebat scuticam.
Occidebatque sol, et illi inclytum ad-lucum pervenere
sacrum Minervæ, ubi proinde consedit divinus Ulysses.
Statim deinde supplicabat Jovis filiæ magni:

Audi me, ægidem-tenentis Jovis filia, indomita:
nunc tandem me exaudi, quoniam antea nunquam exaudisti
jactatum, quando me jactabat inclytus Neptunus.
Da me ad Phæacas gratum venire ac miserandum.

Sic dixit supplicans; eum autem audivit Pallas Minerva:
ipsi vero nondum apparebat palam; verebatur enim etiam
patruum; is autem vehementer irascebatur
divino Ulyssi, antequam _is_ suam ad-terram perveniret.

[TR1] "dream in to" -> "dream to"
[TR2] "Neuquaquam" -> "Nequaquam"
[TR3] "Verum" -> "Verum,"

Odysseæ VII.—Ulyssis ingressus ad Alcinoum.

ARGUMENT: The court of Alcinous.

The princess Nausicaa returns to the city and Ulysses soon after follows thither. He is met by Pallas in the form of a young virgin, who guides him to the palace, and directs him in what manner to address the queen Arete. She then involves him in a mist which causes him to pass invisible. The palace and gardens of Alcinous described. Ulysses falling at the feet of the queen, the mist disperses, the Phaecians admire, and receive him with respect. The queen inquiring by what means he had the garments he then wore, he relates to her and Alcinous his departure from Calypso, and his arrival in their dominions.

The same day continues, and the book ends with the night.

TEXT:

Sic quidem ibi supplicabat audens divinus Ulysses;
puellam vero ad urbem ferebat robur mulorum.
Illa vero quando jam sui patris ad-inclytas ædes pervenerat,
stetit in vestibulo: fratres vero eam undique
circumstabant, immortalibus similes; qui a curru
mulos solverunt, vestemque portarunt intro.
Ipsa vero ad thalamum suum ibat; accendebat autem ei ignem
anus Apiræa, cubicularia Eurymedusa,
quam olim ex-Apira naves duxerunt utrinque-recurvæ:
Alcinoo autem eam munus elegerant, eo-quod omnibus
Phæacibus imperabat, deoque veluti populus _ei_ auscultabat:
quæ enutrierat Nausicaam pulcris-ulnis in ædibus.
Hæc ei ignem accendebat, et intus cœnam adornabat.

Et tunc Ulysses surrexit ad-urbem iturus; ac Minerva
multam _ei_ caliginem infudit, bene cupiens Ulyssi,
ne-quis Phæacum magnanimorum obviam-factus,
conviciareturque verbis, et interrogaret, quisnam esset.
Sed quum jam esset urbem ingressurus amœnam,
tum ei obviam-facta-est dea cæsiis-oculis Minerva,
virgini similis juvenculæ, urnam gestanti;
stetitque ante eum: interrogabat autem divinus Ulysses:

O filia, nonne me ad-domum viri deduxeris
Alcinoi, qui hosce inter homines imperat?
etenim ego hospes multa-passus huc veni,
procul e longinqua terra: quare neminem novi
hominum, qui hanc urbem et _hæc_ opera inhabitant.

Hunc autem rursus allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:
enimvero ego tibi, hospes pater, domum, quam me jubes,
monstrabo; quoniam mecum prope patrem eximium habitat.
Verum eas tacite sic; ego vero viam monstrabo:
neu quenquam hominum aspice, neu interroga.
Non enim hospites hi valde homines colunt,
nec amice-excipientes amplectuntur, qui aliunde venerit.
Navibus velocibus hi freti celeribus,
voraginem _maris_ magnam trajiciunt; quippe ipsis _hoc_ dedit
    Neptunus:
horum naves veloces veluti ala sive cogitatum.

Sic igitur locuta, præibat Pallas Minerva
celeriter: ille vero inde post vestigia ibat deæ.

Hunc autem Phæaces nautæ-inclyti non adverterunt
gradientem in urbe per ipsos. Non enim Minerva
sinebat pulcris-comis, potens dea, quæ ei caliginem
divinam offuderat, bene _ei_ cupiens in animo.
Mirabatur autem Ulysses portus et naves æquales,
ipsorumque heroum fora, et mœnia longa,
sublimia, vallis munita, mirabile visu.
Sed quando jam regis ad-inclytas domos pervenerant,
inter-eos sermones exorsa-est dea cæsiis-oculis Minerva:

Hæc jam tibi, hospes pater, domus _est_ quam me jubes
monstrare; invenies vero Jovis-alumnos reges
epulas epulantes: tu autem intro eas, neu quicquam animo
timeas: audax enim vir in omnibus potior
operibus est, etiam sicunde aliunde venerit.
Reginam quidem primo invenies in ædibus:
Arete vero nomen est inditum _ei:_ ex parentibus autem
iisdem _est,_ qui-quidem genuerunt Alcinoum regem.
Nausithoum quidem primum Neptunus terræ-concussor
genuit, et Peribœa, mulierum forma præstantissima,
minima-natu filia magnanimi Eurymedontis,
qui olim superbis Gigantibus imperabat:
verum hic quidem perdidit populum scelestum, periitque ipse.
Cum-illa vero Neptunus mixtus-est, et genuit filium
Nausithoum magnanimum, qui inter Phæacas imperabat:
Nausithous vero genuit Rhexenoremque, Alcinoumque.
Illum quidem, prole-mascula-carentem, interemit argenteo-arcu Apollo,
ducta-recens-uxore, in regia, unica sola filia relicta
Areta; hanc vero Alcinous duxit uxorem,
et ipsam honoravit, ut nulla super terra honoratur alia,
quotquot nunc mulieres sub viris domum habent.
Sic illa ex animo honoraturque, et est _honorata_
et a caris liberis, et ab ipso Alcinoo,
et civibus, qui ipsam veluti deam suspicientes,
excipiunt vocibus _faustis,_ quum incedit per urbem.
Neque enim omnino mente et ipsa eget bona;
quibus quidem bene velit, _his_ viris etiam lites solvit.
Si tibi illa quidem bene velit in animo,
spes tibi deinde amicosque videndi, et perveniendi
in domum excelsam, et tuam in patriam terram.

Sic igitur locuta, abiit cæsiis-oculis Minerva
pontum super infructuosum; reliquitque Scheriam amabilem:
venit autem ad Marathona, et latas-vias-habentes Athenas,
ingressaque-est Erechthei bene-munitam domum. At Ulysses
Alcinoi ad domos ibat inclytas: multa vero ei cor
agitabat stanti, priusquam æreum ad-limen venisset.
Instar enim solis splendor erat, aut lunæ,
domum per excelsam magnanimi Alcinoi.
Ærei etenim parietes ducti-erant hinc et illinc,
ad intimum-secessum a limine: circum autem corona ex cyano:
aureæ vero fores firmam domum intus claudebant:
argentei autem postes in æreo stabant limine,
argenteumque superliminare, aureus autem annulus.
Aurei porro utrinque et argentei canes erant,
quos Vulcanus fecerat peritis præcordiis,
domum ut-custodirent magnanimi Alcinoi,
immortales qui-sunt et senii-expertes per-dies omnes.
Intus vero solia circa parietem firmata-erant hinc et illinc,
ad intimum-secessum a limine usque: ibi pepli
tenues bene-texti instrati-erant, opera mulierum.
Hic autem Phæacum primates sedebant,
bibentes et edentes; perpetuo enim _epulas_ habebant.
Aurei vero juvenes bene-structas super aras
stabant, ardentes faces in manibus tenentes,
illucentes noctu per domum convivis.
Quinquaginta porro ei ancillæ per domum mulieres;
aliæ quidem molunt in mola flavum frumentum;
aliæ vero telas texerunt et fusos versant
sedentes, _mobiles_ qualia folia excelsæ populi:
textilibus autem a-linteis distillat humidum oleum.
Quantum Phæaces supra omnes periti _sunt_ homines
navem celerem per pontum dirigendi, tantum etiam mulieres
telam texendi; supra-modum enim illis dedit Minerva
operaque scire perpulcra, et ingenium _habere_ bonum.
Extra vero aulam magnus _est_ hortus prope januas
quatuor-jugerum: circa autem _eum_ septum ductum-est utrinque.
Ibi vero arbores proceræ creverant virentes,
piri, et mali-punicæ, et mali pulcro-fructu,
ficusque dulces, et oleæ virescentes.
Ex-his nunquam fructus perit, nec deficit
hieme, neque æstate, perennis; sed omnino semper
Zephyrus spirans, alia quidem crescere-facit, alia vero maturescere.
Pirus post pirum senescit, malumque post malum,

ac post uvam uva, ficusque post ficum.
Ibi porro ei fructuum-plena vinea fundata-est:
hujus alterum quidem apricum-solum plano in loco
siccatur sole; alias autem _uvas_ vindemiant,
alias vero calcant; ante autem, _uvæ_ immaturæ sunt,
florem emittentes, aliæ vero submaturescunt.
Ibi porro cultæ leguminum-areolæ ad extremum ordinem
omnigenæ consitæ-sunt, perenne florentes:
insunt autem duo fontes, alter quidem per hortum totum
dispergitur, alter vero ex-altera-parte sub aulæ limen fluit
ad domum excelsam, unde aquabantur cives.
Talia igitur in Alcinoi _domo_ deorum erant splendida dona.

Ibi stans _hæc_ admirabatur audens divinus Ulysses.
Ac postquam omnia suo admiratus-erat animo,
celeriter super limen ingressus-est intra domum.
Invenit autem Phæacum ductores atque principes
libantes poculis speculatori Argicidæ;
cui ultimo libabant, quando cogitabant de-lecto.
Verum ivit per domum audens divinus Ulysses,
multam caliginem habens, quam ei circumfuderat Minerva,
donec perveniret ad-Aretenque et Alcinoum regem.
Circumjecit autem Aretæ genubus manus Ulysses.
Et tum demum rursus dissipata-est divinitus-offusa nebula.
Illi vero muti facti-sunt per domum, virum conspicati:
admirabanturque intuentes: sed supplicabat Ulysses:

Arete, filia Rhexenoris paris-deo,
ad-tuum maritum, et ad-tua genua veni, multa passus,
et ad-hosce convivas; quibus dii feliciter dent
vivere, et liberis transmittat unusquisque
possessiones in ædibus, honoremque, quem populus dedit.
At mihi deductionem parate, in-patriam ut-perveniam
ocyus: quoniam diu _procul_ ab-amicis ærumnas patior.

Sic fatus, resedit ad focum in cineribus,
juxta ignem; illi vero omnes obmutuerunt silentio.
Seroque tandem inter-_eos_-fatus-est senex heros Echeneus
qui sane Phæacum virorum maximus-natu erat,
et sermonibus præstabat, priscaque et multa sciens:
qui inter-eos benevolens concionatus-est et dixit:

Alcinoe, non sane tibi hoc honestius, nec convenit,
hospitem quidem humi sedere ad focum in cineribus:
hi vero tuum sermonem exspectantes continent-se.
Verum age jam hospitem in sede argenteis-clavis-distincta
colloca erectum: tu vero præcones jube
vinum infundere, ut et Jovi fulmine-gaudenti
libemus, qui supplices una venerandos comitatur:
cœnam vero hospiti proma det ex-intus reconditis.

Ac postquam hoc audivit sacra vis Alcinoi,
manu prehensam Ulyssem prudentem, versutum,
erexit a foco, et in sedem collocavit splendidam,
filio surgere-jusso, virtutis-amante Laodamante,
qui ei proximus sedebat; maxime autem _ipse_ eum diligebat.
Aquam vero ancilla gutturnio infudit ferens
pulcro, aureo, super argenteum lebetem,
ad-lavandum; juxtaque politam extendit mensam.
Panem vero venerabilis proma apposuit ferens,
fercula multa apponens, largiens de-præsentibus.
Atque ille bibebat et edebat, audens divinus Ulysses:
et tum præconem allocuta-est vis Alcinoi:

Pontonoe, cratere mixto vinum distribue
omnibus per domum; ut et Jovi fulmine-gaudenti
libemus, qui supplices una venerandos comitatur.

Sic dixit; Pontonous autem dulce vinum miscebat;
distribuitque omnibus, auspicatus poculis.
Ac postquam libarantque biberantque, quantum volebat animus,
illis dein Alcinous concionatus-est et dixit:

Audite, Phæacum ductores atque principes,
ut dicam quæ me animus in pectoribus jubet.
Nunc quidem epulati cubetis domum profecti:
mane vero senibus pluribus advocatis,
hospitem in ædibus hospitaliter-excipiemus, ac diis
faciemus sacra pulrca: deinde autem et de deductione
cogitabimus, ut hic hospes sine labore et molestia
deductione sub nostra suam in-patriam terram perveniat,
gaudens, celeriter, etiam si valde procul sit:
neu quod interea malum et damnum patiatur,
antequam ipse suæ terræ appellat: ibi vero deinde
patietur quæcunque ei Fatum Parcæque graves
nascenti neverunt filo, quando ipsum peperit mater.

Sin autem quis immortalium utique de cœlo venit,
aliud quippiam hoc deinceps dii moliuntur.
Semper enim pridem certe dii apparent manifesti
nobis, quando facimus inclytas hecatombas;
convivanturque apud nos sedentes, ubi quidem nos.
Si vero quis et solus profectus occurrerit viator,
nequaquam _hoc_ occultant; quoniam ipsos prope sumus,
quemadmodum Cyclopesque et feroces gentes Gigantum.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
Alcinoe, aliud quid tibi curæ-sit in-animo; non enim ego
immortalibus similis-sum, qui cœlatum latum tenent,
non corpore, nec oris-habitu, sed mortalibus hominibus;
quoscunque vos nostis maxime subeuntes miseriam
hominum, hisce in doloribus æquipararer.
Et adhuc etiam plura ego mala narrarem,
quæ jam cuncta deorum voluntate pertuli.
Verum me quidem cœnare sinite, dolentem licet.
Non enim odiosum præter ventrem importunius aliud
est, qui jubet sui recordari necessitate,
etiam valde afflictum, et in animo dolores habentem.
Sic et ego dolores quidem habeo in-animo; hic vero omnino semper
edere jubet et bibere; et me omnium
oblivisci-facit, quæcunque passus-sum, et repleri postulat.
Vos autem festinate simul-cum aurora illucescente
ut me infaustum meam deducatis in-patriam,
quamvis multa passum; conspicatum me vel relinquat vita
possessionem meam, famulosque, et altam magnam domum.

Sic dixit: illi autem omnes approbabant, et hortabantur
deducere hunc hospitem, quoniam recte locutus-erat.
Ac postquam libarantque biberantque quantum volebat animus,
illi quidem decubituri iverunt domum unusquisque.
At in ædibus relinquebatur divinus Ulysses,
apud ipsum autem Areteque et Alcinous deo-par
sedebant: famulæ autem auferebant vasa convivii:
inter-eos vero Arete candidis-ulnis exordiebatur sermones:
agnovit enim pallium et tunicam, vestimenta videns
pulcra, quæ quidem ipsa fecerat, cum ancillis mulieribus;
et ipsum compellans alatis verbis allocuta-est:[TR1]

Hospes, hoc quidem te primum interrogabo ipsa:
quis _et_ unde es hominum? quis tibi hæc vestimenta dedit?
an-non dicis, per mare errantem _te_ huc venisse?

Hanc autem respondens affatus-est ingeniosus Ulysses:
difficile _est,_ regina, penitus enarrare _meas_
ærumnas: quandoquidem mihi multas dederunt dii-cœlestes;
hoc vero tibi dicam, quod me interrogas et inquiris.
Ogygia quædam insula procul in mari jacet,
ubi quidem Atlantis filia, dolosa Calypso,
habitat pulcris-comis, potens dea: nec quisquam cum-ipsa
versatur, nec deorum, nec mortalium hominum.
Sed me infelicem ad-focum _ejus_ duxit deus
solum, postquam mihi navem velocem candenti fulmine
Jupiter percussam diffiderat medio in nigro mari.
Ibi reliqui quidem omnes periere boni socii:
at ego, carina ulnis comprehensa navis utrinque-recurvæ,
novem-diebus ferebar: decima autem me nocte nigra
insulam ad Ogygiam appulerunt dii, ubi Calypso
habitat pulcris-comis, potens dea; quæ me susceptum
sedulo amice-tractabat, et alebat, et dicebat _se_
facturam immortalem et senii-expertem per-dies omnes:
sed meum nunquam animum in pectoribus flectebat.
Illic quidem septem-annos manebam perpetuo, vestes autem semper
lacrimis rigabam, quas mihi divinas dedit Calypso.
Sed quum jam octavus mihi revolutus annus venit,
tum demum me jussit hortans redire,
Jovis e jussu, sive etiam animus mutatus-est ipsius.
Misit vero _me_ in rate multis-vinculis-juncta: multa autem dedit,
panem et vinum suave; et divinas vestes induit:
ventumque misit innocuumque placidumque.
Septem et decem autem navigabam dies per-mare-iter-faciens,
decima octava vero _mihi_ apparuerunt montes umbrosi
terræ vestræ; lætatum vero est mihi carum cor,
infelici: certe enim eram adhuc conflictaturus ærumnis
multis, quas mihi immisit Neptunus terræ-concussor;
qui mihi incitatis ventis impedivit iter,
commovitque mare immensum; neque ullo-pacto _me_ fluctus
sinebat in rate vehementer ingemiscentem vehi.
Hanc quidem deinde procella dispersit: atque ego
natans hanc voraginem emensus-sum, donec me terræ
vestræ appulit ferens ventusque et aqua.
Ibi me egredientem allisisset fluctus ad terram,
petras ad magnas jaciens et ingratum locum:

sed recedens natavi rursus, donec veni
ad fluvium, ubi demum mihi visus-est locus opportunissimus,
lævis petrarum; et receptus ibi-erat a-vento.
Excidi autem animum-collecturus: ac divina nox
supervenit: ego autem seorsum ab divinitus-fluente fluvio
egressus in arbustis dormivi: circumquaque vero folia
congessi: somnum autem deus immensum _in me_ defudit.
Ibi quidem in foliis, caro afflictus corde,
dormiebam per-totam noctem, et ad auroram et meridiem;
occidebatque sol, et me dulcis somnus dereliquit.
Ancillas vero in litore tuæ vidi filiæ
ludentes: inter _eas_ autem ipsa erat similis deabus.
Ei supplicavi: illa vero neutiquam a-mente aberrabat bona,
ut non sperares juniorem obviam-factum
acturum: semper etenim juniores desipiunt.
Quæ mihi cibum dedit affatim, et nigrum vinum,
et lavit in flumine, et mihi has vestes dedit.
Hæc tibi, tametsi afflictus, ex-vero enarravi.

Huic autem rursus Alcinous respondit, dixitque:
hospes, enimvero hoc quidem decens non advertit
filia mea, quod te neutiquam cum ancillis mulieribus
duxit in nostram _domum:_ tu vero _illi_ primæ supplicaveras.

Hunca utem respondens affatus-est ingeniosus Ulysses:
heros, ne mihi ideo eximiam reprehende puellam:
ipsa enim me jussit cum ancillis subsequi;
sed ego nolui, timens reveritusque,
ne-qua et tibi animus irasceretur conspicato:
suspicaces etenim sumus in terra genera hominum.

Huic autem rursus Alcinous respondit, dixitque:
hospes, non mihi tale in præcordiis carum cor,
temere ut-irascar: potiora autem _mihi sunt_ honesta omnia.
Utinam enim, Jupiterque pater, et Minerva et Apollo,
talis quum-sis qualis es, eaque sentiens quæ ego et ipse,
filiamque meam habere-velles, et meus gener vocari,
hic manens; domum autem ego et bona darem,
si modo volens maneres, invitum vero te nemo detinebit
Phæacum: ne hoc gratum Jovi patri sit.
Deductionem vero in hoc _tempus_ ego constituam, ut bene scias,
crastinum; tum-diu autem tu quidem domitus somno
decumbes; illi vero remigabunt per-tranquillum, donec perveneris
in-patriam tuam, et domum, et sicubi tibi gratum sit,
etiam si valde multo longius absit quam-Eubœa:
eam quidem longissime aiunt abesse, qui eam viderunt
civium nostrorum, quando flavum Rhadamanthum
duxerunt, invisurum Tityum, Terræ filium:
atque illi quidem illuc venere, et absque labore perfecerunt
iter die eodem, et finierunt domum retro _venientes._
Cognosces vero et ipse in mente, quam optimæ
naves meæ et juvenes ad-torquendum mare gubernaculo.

Sic dixit, gavisus-est autem audens divinus Ulysses:
precansque deinde ait, verbumque dixit et elocutus-est:

Jupiter pater, utinam, quæcunque dixit, perficeret omnia
Alcinous: cujus quidem per almam terram
immortalis gloria esset; ego autem in-patriam pervenirem.

Sic illi quidem talia ad se-invicem loquebantur.
Jussit autem Arete candidas-ulnas-habens ancillas
cubilia sub porticu ponere, et stragula pulcra
purpurea injicere, insternereque desuper tapetas,
lænasque imponere villosas, superne ut-indueretur.
Illæ vero iverunt ex ædibus, facem in manibus tenentes.
Ac postquam straverant densum lectum accelerantes,
hortabantur Ulyssem adstantes verbis:

Surge decubiturus, o hospes: paratus vero est tibi lectus.
Sic dixerunt: huic vero gratum visum-est dormire.
Sic is quidem ibi dormiebat, audens divinus Ulysses,
tornatis in lectis, sub porticu personante.
Alcinous vero decubuit in-penetrali domus excelsæ;
juxta vero uxor regina lectum paravit et cubile.

[TR1] "allocuta-est" -> "allocuta-est:"

Odysseæ VIII.—Ulyssis conciliatio cum Phæacibus.

ARGUMENT:

Alcinous calls a council, in which it is resolved to transport Ulysses into his country. After which splendid entertainments are made, where the celebrated musician and poet, Demodocus, plays and sings to the guests. They next proceed to the games, the race, the wrestling, discus, &c., where Ulysses casts a prodigious length, to the admiration of all the spectators. They return again to the banquet and Demodocus sings the loves of Mars and Venus. Ulysses, after a compliment to the poet, desires him to sing the introduction of the wooden horse into Troy, which subject provoking his tears, Alcinous inquires of his guest his name, parentage, and fortunes.

TEXT:

  Quando vero mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
surrexit e lecto sacra vis Alcinoi;
surrexit porro divinus urbium-eversor Ulysses.
Illis vero præibat sacra vis Alcinoi
Phæacum ad-concionem, quæ ipsis apud naves constituta-erat.
Ingressi autem considebant in politis lapidibus
prope _invicem:_ sed per urbem obibat Pallas Minerva,
assimilans-se præconi prudentis Alcinoi,
reditum Ulyssi magnanimo meditans:
atque unicuique viro astans dixit verbum:

  Huc age, Phæacum ductores et principes,
ad concionem ite, ut de-hospite audiatis,
qui recens Alcinoi prudentis venit domum,
ponto pererrato, corpore immortalibus similis.

  Sic locuta, incitavit robur et animum uniuscujusque.
Cito vero implebantur hominibus foraque et sedilia
congregatis: multi vero admirati-sunt conspicati
filium Laertæ prudentem. In-eum vero Minerva
divinam defudit gratiam, in-caputque et humeros;
et ipsum proceriorem et crassiorem reddidit aspectu,
ut Phæacibus gratus omnibus fieret,
gravisque et venerabilis, et _ut_ perficeret certamina
multa, quibus Phæaces experiebantur Ulyssem.
Ac postquam convenerant, unaque-congregati-erant,
inter-eos Alcinous concionatus-est et dixit:

  Audite, Phæacum ductores atque principes,
ut dicam, quæ me animus in pectoribus jubet.
Hospes hic, nescio quis, errans venit meam domum,
sive ab orientalibus, sive occidentalibus hominibus;
deductionemque flagitat et precatur ratam esse.
Nos vero, ut antea quidem, maturemus deductionem.
Neque enim quisquam alius, quicunque meam domum pervenerit,
hic lugens diu manet propter deductionem.
Sed age, navem nigram deducamus in mare divinum
recentem: juvenes autem duo et quinquaginta
eligantur per populum, quicunque pridem sunt optimi.
Ligatis autem bene omnes ad transtra remis
exite: ac deinde subitum apparate convivium,
ad-nostram _domum_ profecti; ego autem laute omnibus præbebo.
Juvenibus quidem hæc præcipio: at ceteri
sceptrigeri reges meam ad domum pulcram
veniatis, ut hospitem in ædibus amice-excipiamus;
neu quis recuset: advocate vero divinum cantorem,
Demodocum: huic etenim deus excellenter dedit cantum,
ut oblectet quandocumque animus _eum_ impellit ad-canendum.

  Sic igitur locutus præivit; ac simul sequebantur
sceptrigeri: præco autem arcessebat divinum cantorem.
Juvenes vero electi duo et quinquaginta
iverunt, ut præceperat _Alcinous,_ ad litus maris infructuosi.
Ac postquam ad navem devenerant ac mare,
navem quidem ipsi nigram maris in-profundum deduxere:
imposueruntque malum, et vela navi nigræ,
aptarunque remos vinculis in coriaceis,
omnia rite; atque vela alba expanderunt.
Alte vero in humido ipsam stiterunt: ac postea
profecti-sunt ire Alcinoi prudentis ad magnam domum.
Implebantur autem porticusque, et septa, et domus viris.
[congregatis: multi vero erant juvenes ac senes.]
Illis vero Alcinous duodecim oves mactavit,
octoque albis-dentibus sues, duosque pedes-trahentes boves.
quos excoriarunt curaruntque pararuntque epulas gratas.

  Præco autem prope venit, ducens amabilem cantorem:
quem eximie Musa dilexit, et dedit bonumque malumque:
oculis quidem privavit, dedit autem dulcem cantum.
Huic vero inde Pontonous posuit sedem argenteis-clavis-distinctam,
in-medio convivarum, columnæ longæ acclinans:
et e paxillo suspendit citharam argutam,

ipsius supra caput, et monuit, _quomodo_ manibus prehendat,
præco; juxtaque ponebat canistrum, pulcramque mensam,
juxta etiam poculum vini, ut-biberet, quando animus juberet.
Illi vero ad cibos paratos appositos manus extenderunt.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
Musa jam cantorem excitavit, ut-caneret laudes virorum,
e-cantione, cujus tunc utique gloria ad-cœlum latum pervenit.
contentionem Ulyssis ac Pelidæ Achillis,
ut quondam contenderunt, deorum in convivio celebri,
acribus verbis: rex autem virorum Agamemno
gaudebat animo, quum optimi Achivorum contenderent.
Sic enim ei vaticinans prædixerat Phœbus Apollo
Pytho in divina, quando supergressus-est lapideum limen
oraculum-petiturus: tunc enim devolvebatur mali principium
Trojanisque et Danais, Jovis magni propter consilia.

Hæc igitur cantor cantabat inclytus: at Ulysses
purpuream magnam vestem prehensam manibus robustis,
super caput traxit, obtexitque pulcram faciem:
verecundabatur enim Phæacas, sub superciliis lacrimas stillans.
Verum quando desierit canere divinus cantor,
lacrimis abstersis, a capite vestem demebat,
et poculo duplice sumto, libabat diis.
Sed quando rursus incipiebat, et hortabantur _eum,_ ut caneret,
Phæacum optimates: quippe oblectabantur _illius_ carminibus:
rursus Ulysses, capite obvoluto, flebat.
Ibi alios quidem omnes latebat lacrimas stillans,
Alcinous vero ipsum solus animadvertit et observavit,[TR1]
sedens prope ipsum; graviter autem suspirantem audivit.
Continuo vero inter-Phæacas remigii-studiosos loquebatur:

Audite, Phæacum ductores atque principes:
jam quidem convivio saturavimus animum æquo
citharaque, quæ convivio comes est lauto:
nunc vero exeamus, et certamina experiamur
omnia; ut hospes narret suis amicis,
domum reversus, quantum superemus alios
pugillatuque, luctaque, et saltu, atque cursu.

Sic igitur locutus, præivit; illi vero una secuti-sunt.
Atque e paxillo suspendit citharam argutam,
Demodocum vero prehendit manu, et eduxit ex ædibus
præco; præibat autem ei eandem viam, quam et alii
Phæacum optimates _iverant,_ certamina admiraturi.
Profecti-sunt autem ire ad forum, simulque sequebatur multa turba,
innumeri; ac surgebant juvenes multique et fortes.
Surrexit quidem Acroneosque, et Ocyalus, et Elatreus,
Nauteusque, Prymneusque, et Anchialus, et Eretmeus,
Ponteusque, Proreusque, Thoon, Anabesineosque,
Amphialusque, filius Polynei Tectonidæ:
surrexit etiam Euryalus, homicidæ similis Marti,
Naubolidesque, qui optimus erat specieque corporeque
omnium Phæacum, post egregium Laodamantem:
surrexerunt porro tres filii eximii Alcinoi,
Laodamasque, Haliusque, et deo-par Clytoneus.
Hi vero primum quidem periculum-fecerunt pedibus.
Eis autem a carceribus extensus-erat cursus; ac simul omnes
celeriter volabant pulverem-excitantes per-campum.
Horum autem currendo longe optimus erat Clytoneus eximius:
quantumque in novali spatium est mularum-duarum,
tantum præcurrens ad-cives venit; illi vero relicti-sunt.
Alii autem luctæ molestæ periculum-fecerunt:
in hac vero Euryalus vicit omnes optimos.
Saltu autem Amphialus omnium eminentissimus erat:
disco rursus omnium præstantissimus erat Elatreus:
pugilatu denique Laodamas, eximius filius Alcinoi.
Ac postquam omnes oblectarant animum certaminibus,
inter-eos jam Laodamas locutus-est, filius Alcinoi:

Agite, amici, hospitem rogemus, si quod certamen
novitque et didicit: habitu-corporis quidem non malus est,
femoribusque, et cruribus, et ambabus manibus superne,
cerviceque firma, magnoque robore: nec vigore-juvenili
caret; at malis confractus-est multis.
Non enim equidem aliquid existimo pejus aliud _esse_ mari
ad-hominem confringendum, etiam si valde fortis sit.

Huic autem rursus Euryalus respondit, dixitque:
Laodama, sane hoc verbum recte dixisti.
Ipse nunc _eum_ provoca profectus, et admone sermone.

Ac postquam hoc audivit strenuus filius Alcinoi,
stetit in medium progressus, et Ulyssem allocutus-est:

Huc age etiam tu, hospes pater, periculum-fac certaminum,

si quod forte didicisti; par vero est, te scire certamina.
Non enim major gloria hominis, quoad fuerit,
quam quod pedibus strenue-agat et manibus suis.
Verum age, fac-periculum; pelle autem mœstitiam ab animo:
tibi vero profectio non-amplius diu aberit, sed tibi jam
navisque deducta-est, et parati sunt socii.

Hunc autem respondens affatus-est ingeniosus Ulysses:
Laodama, quid me hæc jubetis, lacessentes?
dolores mihi etiam magis in animo _sunt_ quam certamina;
qui antea quidem valde multa passus-sum, et multa pertuli;
nunc vero in vestro consessu reditus indigens
sedeo, precans regemque omnemque populum.

Huic vero rursus Euryalus respondit, objurgavitque palam:
non enim te, hospes, perito viro assimilo
certaminum, qualia utique multa inter homines sunt;
sed illi, qui navem multis-transtris-instructam frequentans,
princeps nautarum, qui quidem negotiatores sunt,
onerisque memor, et inspector sit mercium,
lucrique rapto-acquisiti; neque athletæ similis-es.

Illum autem torve intuitus affatus-est ingeniosus Ulysses:
hospes, non honeste dixisti; protervo viro similis-es.
Ita non omnibus dii amabilia _munera_ donant
hominibus, nec formam, nec ingenium, nec eloquentiam.
Alius etenim specie deterior est vir,
at deus formam verbis (_eloquentia_) ornat: alii vero in ipsum
oblectati spectant: hic autem secure loquitur
modestia _cum_ suavi, eminetque-inter congregatos;
incedentemque _eum_ per urbem, deum veluti, aspiciunt.
Alius vero rursus forma quidem similis immortalibus:
verum haud ei gratia circum-affunditur sermonibus.
Sic et tibi species quidem per decora, neque aliter
ne deus quidem fingeret; mente vero rudis es.
Irritasti mihi animum in præcordiis caris,
locutus non decenter: ego vero non ignarus _sum_ certaminum,
ut tute fabularis, verum inter primos puto
fuisse _me,_ donec juventa fretus-fui, manibusque meis.
Nunc vero teneor ærumna et doloribus: multa enim passus-sum,
virorumque bella, sævosque fluctus penetrans.
Sed etiam sic, mala multa passus, periculum-faciam certaminum;
mordax enim sermo _tuus;_ impulisti autem me, locutus.

Dixit, et cum-ipsa veste impetu-facto prehendit discum
majorem et crassum, gravioremque non paulo quidem,
quam quali Phæaces ludebant inter-se.
Hunc utique circumrotatum misit valida e manu:
insonuit vero lapis; inclinaverunt autem se ad terram
Phæaces longis-remis-utentes, navigatione-celebres viri,
lapidis ab impetu: is vero supervolavit signa omnia (_jactuum ceterorum_),
rapide ruens a manu: posuit vero signa Minerva,
viro corpus assimilata; verbumque dixit, et elocuta-est:

Etiam cæcus tibi, hospes, distinxerit signum
palpando; quandoquidem neutiquam mixtum-est multitudini,
sed _est_ longe primum: tu vero confide hoc quidem in-certamine:
nullus Phæacum ad-hoc perveniet nec transmittet.

Sic dixit, lætatus-est vero audens divinus Ulysses,
gaudens quod socium benignum videret in circo.
Et tunc levius allocutus-est Phæacas:

Hunc nunc assequimini, juvenes; brevi autem denuo alium
_me_ missurum-esse aut tantum puto, aut adhuc longius.
E-ceteris vero, quemcunque cor animusque jubet;
huc age, periculum-faciat, quoniam me irritastis valde,
aut pugilatu, aut lucta, aut etiam cursu, nihil recuso,
ex-omnibus Phæacibus, præter ipsum Laodamantem.
Hospes enim mihi ille est; quis cum-amico-excipiente pugnaverit?
insipiens vero ille et nullius-pretii est vir,
quicunque cum-hospite contentionem proferat certaminum,
populo in alieno; sui vero ipsius omnia clauda-reddit.
Ceterorum autem haudquaquam ullum rejicio, nec despicio;
sed volo cognoscere et periculum-facere palam.
In-omnibus enim non ignavus sum, inter homines quotquot certamina _sunt._
Bene quidem arcum novi perpolitum tractare:
primus virum contingerem, sagitta-missa in turba
virorum infestorum: etiam si valde multi socii
juxta astarent, et sagittas-mitterent in-viros.
Solus vero me Philoctetes vincebat arcu,
populo in Trojanorum, quando arcum-tendebamus Achivi;
ceteris vero me aio longe præstantiorem esse,
quotquot nunc mortales sunt in terra panem edentes.

Cum-viris autem priscis contendere nolo,
neque cum-Hercule, neque cum-Euryto Œchaliensi;
qui etiam cum-immortalibus contendebant de arcuum-peritia:
ideo etiam subito mortuus-est magnus Eurytus, neque ad senectutem
pervenit in ædibus; iratus enim _eum_ Apollo
occidit, quia ipsum provocarat ad-arcum-tendendum.
Hasta vero jaculor, quantum non alius quisquam sagitta.
Solis timeo pedibus, ne quis me superet
Phæacum: nimis enim improbe domitus-sum
fluctibus in multis; quoniam non commeatus apud navim
erat perpetuus; ideo mihi cara membra soluta-sunt.

Sic dixit; illi vero omnes obmutuerunt silentio:
Alcinous autem ipsum solus respondens allocutus-est:

Hospes, quandoquidem non ingrata inter nos hæc concionaris,
sed vis virtutem tuam ostendere, quæ te comitatur,
iratus, quod te hic vir in certamine astans
objurgavit; ut tuam virtutem mortalis nullis vituperaret,
quicunque norit sua mente idonea loqui:
verum age, nunc meum intellige sermonem, ut etiam alii
dicas heroum, quando tuis in ædibus
epuleris apud tuamque uxorem et tuos liberos,
nostræ virtutis recordatus, qualia etiam nobis
Jupiter opera præbuit perpetuo jam-inde a-majoribus.
Non enim pugiles sumus inclyti, nec luctatores,
sed pedibus celeriter currimus, et navibus optimi _sumus:_
semper autem nobis conviviumque gratum, citharaque, chorique,
vestesque mutatoriæ, lavacraque calida, et cubilia.
Verum age, Phæacum saltatores, quotquot optimi,
ludite; ut hospes dicat suis amicis,
domum reversus, quantum superemus alios
rei-nauticæ-peritia, et pedibus, et saltatione, et cantu.
Demodoco vero aliquis statim profectus citharam argutam
afferat, quæ alicui jacet in nostris ædibus.

Sic dixit Alcinous deo-similis: surrexit autem præco,
allaturus citharam cavam e domo regis.
Moderatores autem _ludorum_ lecti novem omnes surrexere,
publici, qui in certaminibus ordinabant singula:
complanarunt autem aream, pulcrumque dilatarunt circum.
Præco vero prope venit, ferens citharam argutam
Demodoco; is autem deinde ivit in medium: circum vero juvenes
primum-pubescentes stabant, periti saltationis:
quatiebant vero circum divinum pedibus: at Ulysses
micationes admirabatur pedum, stupescebatque animo.

Sed ille (_Demodocus_) chitharam pulsans orsus-est pulcre canere,
de Martis amore pulcraque-corona-cinctæ Veneris,
ut primum coierint in Vulcani ædibus
clam: plurima autem dedit, lectumque dedecoravit et cubile
Vulcani regis: statim vero illi nuntius venit.
Sol, qui ipsos observavit sese-miscentes amore.
Vulcanus autem, simulac tristem stermonem audiverat,
profectus-est ire in officinam, mala animo intimo-moliens:
imposuitque incudis-stipiti magnam incudem, cudebatque vincula
infragilia, insolubilia, ut firmiter illic manerent.
Ac postquam struxerat dolum, iratus Marti,
profectus-est ire in thalamum, ubi ei cara cubilia strata-erant:[TR2]
circumfudit autem _lecti_ fulcris vincula circulo undique:
multa autem et desuper e-fastigio effusa-erant,
tanquam araneæ-fila tenuia, quæ nemo ne cerneret quidem,
nec deorum beatorum: perquam enim dolosa facta-erant.
Ac postquam omnem dolum circa lectum fuderat,
simulavit-se ire in Lemnum, pulcre-ædificatum oppidum,
quæ illi terrarum multo carissima est omnium.
Nec cæcam-speculationem habebat aureis-frenis-utens Mars,
ut vidit Vulcanum inclytum-artificem seorsum profectum;
profectus-est autem ire ad domum inclyti Vulcani,
cupiens amoris pulcra-corona-redimitæ Veneris.
Hæc vero recens a patre præpotente Saturnio
veniens jam desidebat: ille autem intra domum ivit,
inque manu ei hæsit, verbumque dixit, et elocutus-est:

Huc-age, cara, ad-lectum convertamur decumbentes.
Non enim amplius Vulcanus inter-nos _est,_ sed puto jam
abiit in Lemnum, ad Sintias barbara-lingua.

Sic dixit: illi autem gratum vistum-est cubare.
Hi vero lectum ingressi concumbebant; sed vincula
fabrefacta circumfundebantur prudentis Vulcani;
neque ullum movere erat membrorum, neque attollere.
Et tum demum agnoscebant, quod non-amplius effugium erat.
Prope autem eis venit inclytus Vulcanus,

iterum reversus, antequam ad-Lemni terram venisset;
Sol enim ei speculationem habebat, narravitque rem.
[Profectusque-est ire ad domum, caro afflictus corde.]
Stetit autem in vestibulo, iraque ipsum sæva cepit:
horrendumque clamavit, ut-audiretur omnibus diis:

Jupiter pater, atque alii beati dii sempiterni,
venite, ut opera ridicula et non tolerabilia videatis:
ut me, claudus quum-sim, Jovis filia Venus
semper ignominia-afficit, amatque perniciosum Martem:
eo-quod ille quidem pulcerque et sanis-pedibus, at ego
imbecillis sum: ac neutiquam mihi in-causa alius _est,_
quam parentes duo; qui _eam_ non genuisse debebant.
Sed videte, ubi illi dormiunt in amore,
meum lectum ingressi; ego vero aspiciens contristor.
Non quidem illos amplius puto, vel paululum, dormituros ita,
etiamsi valde amantes: cito non volent ambo
dormire: sed ipsos dolus et vinculum detinebit,
donec mihi prorsus omnia pater retribuat sponsalia,
quæcunque ei præbui impudentis gratia puellæ:
quoniam illi pulcra _erat_ filia, at non animi-continens.

Sic dixit; ac congregati-sunt dii ad-ære-fundatam domum:
venit Neptunus terræ-concussor: venit utilium-auctor
Mercurius; venit etiam rex jaculator Apollo.
Feminæ vero deæ manebat præ-pudore domi singulæ.
Stabant autem in vestibulo dii, datores bonorum;
immensusque inde exortus-est risus diis beatis,
artificia inspicientibus prudentis Vulcani.
Sic autem aliquis diebat intuitus proximum alium:

Non bene-succedunt mala opera: assequitur vero tardus celerem:
ut nunc Vulcanus, qui-est tardus, cepit Martem,
velocissimum licet deorum, qui Olympum tenent.
claudus ipse, artificio: eo et adulterii-mulctam debet.

Sic illi quidem talia inter se loquebantur.
Mercurium autem allocutus-est rex, Jovis filius, Apollo:

Mercuri, Jovis fili, internuntie, dator bonorum,
numquid[TR3] in vinculis velles fortibus compressus
dormire in lectis, apud auream Venerem?

Huic autem respondit deinde internuntius Argicida:
utinam enim hoc fieret, rex longe-jaculans Apollo.
Vincula quidem ter tanta infinita circumjecta _me_ tenerent;
vos autem inspiceretis dii, omnesque deæ:
at ego dormirem apud auream Venerem.

Sic dixit; risus autem exortus-est inter-immortales deos.
Non-vero Neptunum risus tenebat, precabatur autem _is_ usque
Vulcanum inclytum-artificem, ut solveret Martem:
et ipsum allocutus verba alata dicebat:

Solve; ego vero tibi ipsum spondeo, ut tu jubes,
respensurum-esse æqua omnia inter immortales deos.

Hunc autem rursus allocutus-est inclytus Vulcanus:
ne me, Neptune terræ-concussor, hæc jube:
debiles utique pro-debilibus etiam sponsiones ad-spondendum.
Quo-pacto ego te obligarim inter immortales deos,
si Mars abierit, debito et vinculis elapsus?

Hunc autem rursus allocutus-est Neptunus terræ-concussor:
Vulcane, etiamsi enim Mars debito elapsus
abierit fugiens, ipse tibi ego hæc persolvam.

Huic autem respondit deinde inclytus Vulcanus:
non licet, neque decet, tuam orationem abnuere.

Sic locutus, e-vinculis _eos_ solvit robur Vulcani.
Illi vero postquam e vinculis soluti-erant, fortia licet essent,
statim prosilientes, ille quidem in-Thraciam ivit;
hæc autem in-Cyprum pervenit, risum-amans Venus,
in Paphum; ibi vero ei lucus _est_ araque odorata;
ibique ipsam Gratiæ lavarunt, et unxerunt oleo
immortali, qualia diis gratiam-addunt sempiternis;
ac vestesque ei induerunt desiderabiles, mirabile visu.

Hæc igitur cantor cantabat inclytus: at Ulysses
oblectabatur in mente sua audiens, atque etiam alii
Phæaces longis-remis-utentes, re-nautica-inclyti viri.

Alcinous autem Halium et Laodamantem jussit
solos tripudiare, quoniam cum-ipsis nemo certabat.
Hi igitur postquam pilam pulcram in manibus acceperant,

purpuream, quam ipsis Polybus fecerat prudens:
hanc alter jactabat ad nubes umbrosas,
flexus retro; alter autem a terra in-altum elatus
facile receptabat, antequam pedibus ad-solum venisset.
At postquam pila in rectum _jacienda_ periculum-fecerant,
saltabant jam deinde in terra alma,
frequenter alternantes; juvenes vero applaudebant ceteri,
stantes in consessu-spectatorum: multus autem strepitus ortus-est.
Tum vero Alcinoum allocutus-est divinus Ulysses:

Alcinoe rex, omnium clarissime civium,
sane quidem pollicitus-es, tripudiatores esse optimos;
sane vero inde _hæc_ effecta sunt: stupor me tenet inspicientem.

Sic dixit; lætata-est autem sacra vis Alcinoi;
statimque Phæacas remigii-studiosos allocutus-est:

Audite, Phæacum ductores atque principes:
hospes valde mihi videtur prudens esse.
Verum age, ei demus hospitale-munus, uti par _est._
Duodecim enim in populo præclari reges
principes imperant, tertius-decimus vero ego ipse;
horum ei vestem singuli bene-lotam, et tunicam,
et auri talentum ferte pretiosi:
statim vero omnia portemus conferti, ut in manibus
hæc hospes habens, ad cœnam veniat gaudens in animo.
Euryalus autem eum ipsum placet verbis,
et dono; quoniam nequaquam verbum decenter locutus-est.

Sic dixit: illi autem omnes approbabant, et hortabantur;
donaque apportatum miserunt præconem singuli.
Huic autem rursus Euryalus respondit, dixitque:

Alcinoe rex, omnium illustrissime civium,
enimvero ego hospitem placabo, sicut tu jubes:
dabo ei hunc ensem totum-æreum, cui inest manubrium
argenteum, vagina autem recens-secti eboris
circum-tornata-est: magni vero ei pretii erit.

Sic fatus, in manibus posuit ensem argenteis-clavis-distinctum,
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

Gaude, pater o hospes! verbum vero si quod temere-dictum-est
grave, statim illud auferant abreptum procellæ.
Tibi autem dii uxorem videre, et in-patriam pervenire,
dent; quoniam diu procul ab amicis ærumnas pateris.

Hunc autem respondens affatus-est ingeniosus Ulysses:
et tu, amice, valde gaude; dii vero tibi felicia dent;
neque ullum tibi ensis desiderium posthac fiat
hujus, quem jam mihi dedisti, ubi-placaras verbis.

Dixit et circa humeros sibi-posuit ensem argenteis clavis-distinctum.
Occidebatque sol, et ei inclyta dona aderant:
et hæc in _domum_ Alcinoi ferebant præcones illustres:
suscepta autem filii eximii Alcinoi,
matrem juxta venerandam posuerunt perpulcra dona.
Illis autem præibat sacra vis Alcinoi;
accedentes vero consederunt in altis soliis.
Tunc vero Areten allocuta-est vis Alcinoi:

Huc-age, mulier, fer arcam luculentam, quæ _sit_ optima;
inque ea pone vestem bene-lotam et tunicam.
Et ei in igne ahenum calefacite, tepefaciteque aquam;
ut ubi-laveritque-se, et viderit bene posita omnia
dona, quæ ei Phæaces eximii huc tulerunt,
convivioque oblectetur, et cantilenæ modos audiens.
Atque ei ego hoc poculum meum perpulcrum præbebo,
aureum, ut mei memor diebus omnibus
libet in domo Jovique, aliisque diis.

Sic ait; Arete autem inter ancillas dixit,
in igne ut-poneret tripodem magnum quam celerrime.
Hæ vero lavacri tripodem posuerunt in igne ardenti:
et aquam infuderunt, subtusque ligna accendebant allata.
Alvum quidem tripodis ignis ambibat, calefiebatque aqua.
Interea vero Arete hospiti perpulcram arcam
efferebat e-thalamo, imposuitque pulcra dona,
vestes, aurumque, quæ ei Phæaces dederant:
inque ea pallium posuit, pulcramque tunicam;
et ipsum compellans verbis alatis allocuta-est:

Ipse nunc vide de-operculo, statim vero vinculum inde,
ne-quis tibi in itinere damnum-afferat, quando tum

dormieris dulcem somnum, iter-faciens in nave nigra.

Ac postquam hoc audierat audens divinus Ulysses,
statim aptavit operculum, celeriterque vinculum indidit
varium, quod olim eum docuit mente veneranda Circe.
Ilico autem ipsum mulier-œconoma lavari jussit,
in balneum ingressum; ille vero libenter vidit animo
calida lavacra; quoniam neutiquam curatus erat-frequenter,
ex-quo liquerat domum Calypsus pulcris-comis:
tunc autem ei curatio, tanquam deo, perpetua erat.
Hunc vero postquam ancillæ laverant et unxerant oleo,
circque ipsum lænam pulcram jecerant ac tunicam,
e balneo egressus viros ad vini-potores
ibat: Nausicaa vero, a diis pulcritudinem habens,
stetit juxta postes tecti firmiter fabricati:
admirabatur autem Ulyssem in oculis aspiciens,
et ipsum compellans verbis alatis allocuta-est:

Salve, hospes, ut etiam olim, quando-eris in patria terra,
memineris mei, quod mihi primæ vitæ-_conservatæ_-pretium debes.

Hanc autem respondens affatus-est ingeniosus Ulysses:
Nausicaa, filia magnanimi Alcinoi,
sic nunc Jupiter det, altitonans maritus Junonis,
domumque ut-veniam, et reditus diem videam:
ut tibi etiam illic, deæ veluti, vota-fecerim
semper diebus omnibus: tu enim me servasti, puella.

Dixit, et in solio consedit juxta Alcinoum regem.
Hi vero jam portiones distribuebant, miscebantque vinum.
Præco autem prope venit, ducens amabilem cantorem,
Demodocum, populo honoratum; sedereque-fecit ipsum
in-medio convivarum, ad columnam longam acclinatum.
Tunc vero præconem allocutus-est ingeniosus Ulysses,
a-tergo _parte_ abscissa (multum vero supererat)
albis-dentibus suis, florida autem erat circum pinguedo:

Præco, accipe jam, hanc præbe carnem, ut comedat,
Demodoco; et ipsum complectar, mœstus licet.
Apud-omnes enim homines terrestres cantores
honoris compotes sunt et reverentiæ; eo-quod ipsos
cantus Musa docuit; amavit autem _ea_ genus cantorum.

Sic igitur dixit; præco autem ferens in manibus posuit
heroi Demodoco: is autem accepit, gaudebatque animo.
Illi vero ad cibos paratos appositos manus extendebant.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
tum vero Demodocum affatus-est ingeniosus Ulysses:

Demodoce, longe sane te supra-mortales laudo omnes:
sive te Musa docuit, Jovis filia, sive te Apollo.
Valde enim accurate Achivorum fatum canis,
quanta fecerint passique-sint, et quanta laborarint Achivi:
tanquam alicubi aut ipse præsens _fueris,_ aut ab-alio
præsente audieris.
Verum age jam _alio_ transi et equi apparatum canta
lignei, quem Epeus fecit cum (_auxiliante_) Minerva,
quem quondam in arcem, dolum, duxit divinus Ulysses,
viris impletum, qui Ilium destruxerunt.
Si jam mihi hæc accurate enarraveris,
inde ego omnibus edicam hominibus,
quod sane tibi benignus deus præbuerit divinum cantum.

Sic dixit: ille vero concitus a-deo incipiebat, exhibebatque
cantum,
inde aggressus, quomodo alii quidem bene-tabulatas in naves
ingressi enavigarunt, igne in tentoria injecto,
Argivi: alii vero jam inclytum circa Ulyssem
sedebant in Trojanorum cœtu, tecti equo:
ipsi enim eum Trojani in arcem protraxerant.
Sic ille quidem stabat; hi autem incerta multa concionabantur,
sedentes circa ipsum: trifariam autem ipsis placebat consilium,
aut discindere cavum lignum sævo ære,
aut de petris dejicere protractum in summitatem,
aut sinere magnum simulacrum deorum placamen esse;
qua utique _sententia_ etiam postea peractum-iri decretum-erat.
Fatale enim erat ut-perirent, quando urbs intra-se-conclusisset
ligneum magnum equum, ubi sedebant omnes optimi
Argivorum, Trojanis cædem et fatum ferentes.
Canebat porro, ut urbem depopulati-sint filii Achivorum,
ex-equo effusi, cavis insidiis relictis.
Alium autem alias canebat urbem diripere excelsam;
at Ulyssem ad ædes Deiphobi
ivisse, tanquam Martem, cum pari-deo Menelao.
Illic jam gravissimam pugnam dicebat ausum,
vicisse etiam deinde, per magnanimam Minervam.

Hæc igitur cantor cantabat eximius; at Ulysses
tabescebat; lacrima autem rigabat sub palpebris genas.
Ut vero femina flet dilectum maritum, _ei_ circumvoluta,
qui suam ante urbem populumque ceciderit,
urbi et liberis arcens sævum diem;
hæc quidem illum morientem et palpitantem intuita,
super illum fusa stridule ejulat; illi vero pone
cædentes hastis tergum, atque etiam humeros _civium,_
servitutem inducunt, laboremque sustinendum et ærumnam;
hujus autem miserabilissimo dolore tabescunt genæ:
sic Ulysses miserabilem sub palpebris lacrimam stillabat.
Ibi alios quidem omnes latebat lacrimas fundens,
Alcinous autem ipsum solus animadvertit et observavit,
sedens prope ipsum, graviterque ingemiscentem audivit:
statim vero Phæacibus remigii-studiosis dicebat:

Audite, Phæacum ductores atque principes,
Demodocus vero jam cohibeat citharam argutam;
nequaquam enim omnibus gratificans hæc cantat.
Ex quo cœnavimusque, et exorsus-est divinus cantor,
ex hoc nunquam cessavit a-luctuoso fletu[TR4]
hospes; valde certe ipsi dolor mentem circumdedit.
Sed age, illi quidem cesset, ut pariter oblectemur omnes,
hospitio-suscipientes et hospes: quoniam multo satius ista.
Propter hospitem enim hæc venerandum parata-sunt,
deductio et amica dona, quæ ei damus amice-excipientes.
Instar fratris hospesque supplexque est
viro, qui-utique vel paululum attingat mentem _sanam._
Ideo nunc neque tu cela ingenio versuto,
quodcunque te percontatus-fuero: dicere vero te satius est.
Dic nomen, quo te illic vocabant materque paterque,
aliique, qui in urbe _tua,_ et qui circum-habitant.
Non enim quisquam omnino sine-nomine est hominum,
nec malus, nec bonus, postquam primus natus-est:
sed omnibus _nomen_ imponunt, simul-ac genuerint, parentes.
Dic etiam mihi terramque tuam, populumque, urbemque,
ut te illuc mittant, collimantes mente naves.
Non enim Phæacibus navium-gubernatores sunt,
neque omnino gubernacula sunt, quæ quidem aliæ naves habent;
sed ipsæ sciunt cogitata et mentes virorum,
et omnium norunt urbes et pingues agros
hominum; et voraginem celerrime maris tranant,
caligine et nebula obtectæ; neque unquam ipsis
nec damni quid subeundi inest metus, nec pereundi.
Sed hoc ita quondam patrem ego locutum audivi
Nausithoum, qui dicebat Neptunum succensere
nobis, quod deductores tuti sumus omnium.
Dixit aliquando Phæacum virorum affabre-factam navem
ex deductione revertentem in obscuro ponto
perditurum-esse _eum,_ magnumque nobis montem urbi obducturum.
Sic prædicabat senex: ea vero deus sive perfecerit,
sive imperfecta sint, ut ei placitum est animo.
Verum age mihi hoc dic, et vere enarra,
ubinam erraverisque, et ad-quasnam perveneris regiones
hominum; _enarra_ et ipsos, urbesque bene habitatas:
vel quotquot sævique et feroces, nec justi;
quique hospitales _sint,_ et ipsis mens est deorum-reverens.
Di vero _etiam_ quidnam fleas et lugeas in animo,
Argivorum, Danaorum, atque Ilii fatum audiens.
Hoc autem dii quidem fecere, destinaruntque interitum
hominibus, ut sit et posteris cantilena.
Utrum aliquis tibi et cognatus periit ante Ilium
eximius qui-erat gener, aut socer, qui-quidem maxime
curæ-sunt, post sanguinem et genus _nostrum_ ipsorum?
an aliquis forte et socius vir, grata sciens,
eximius? quoniam nequaquam quidem frater inferior
talis est, qui, socius, prudenti animo-sit.

[TR1] "observavit." -> "observavit,"
[TR2] "strata-erant" -> "strata-erant:"
[TR3] "nunquid" -> "numquid"
[TR4] "flectu" -> "fletu"

Odysseæ IX.—Alcinoi apologi. Cyclopea.

ARGUMENT: THE ADVENTURES OF THE CICONS, LOTOPHAGI AND CYCLOPS

Ulysses begins the relation of his adventures: how, after the destruction of Troy, he with his companions made an incursion on the Cicons, by whom they were repulsed; and, meeting with a storm, were driven to the coast of the Lotophagi. From there they sailed to the land of the Cyclops, whose manners and situation are particularly

characterised. The giant Polyphemus and his cave described; the usage Ulysses and his companions met with there; and, lastly, the method and artifice by which he escaped.

TEXT:

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
Alcinoe rex, omnium illustrissime-civium,
sane hoc pulcrum est, audire cantorem
talem, qualis hic est, diis similis voce.
Non enim equidem ullam puto rem gratiorem esse,
quam quando lætitia quidem detineat populum universum,
convivæque per domos audiant cantorem,
sedentes ordine; juxta autem plenæ-sint mensæ
pane et carnibus; vinum autem ex cratere hauriens
pincerna afferat et infundat poculis;
hoc aliquid mihi pulcerrimum in mente videtur esse.
Tibi vero meas ærumnas animus institit luctuosas
sciscitari, ut adhuc magis lugens ingemiscam:
quid primum tibi jam, quid vero ultimum narrabo?
ærumnas quandoquidem mihi multas dedere dii cœlestes.
Nunc vero nomen primum dicam, ut et vos
sciatis: ego vero deinde, postquam-effugero sævam diem,
vobis hospes sim, etiam longe domos habitans.
Sum Ulysses Laertiades, qui ob-omnigenos dolos
hominibus in-animo-sum, et mea fama ad-cœlum pervenit.
Habito autem Ithacam late-conspicuam: in ipsa vero mons _est_
Neritus, nemorosus, conspicuus: circum autem insulæ
multæ habitantur valde prope invicem,
Dulichiumque, Sameque, et nemorosa Zacynthus:
ipsa autem humilis longe-suprema in mari jacet
ad occasum (illæ vero seorsum Auroram versus Solemque);
aspera, sed bona juvenum-altrix; neutiquam ego
propria terra possum dulcius aliud videre.
Sane quidem me apud-se detinebat Calypso, diva dearum;
[in specubus cavis, cupiens _me sibi_ maritum esse;]
similiterque prorsus Circe me detinebat in ædibus
Ææa, dolosa, cupiens _me sibi_ maritum esse:
sed meum nunquam animum in pectore flectebant.
Adeo nihil dulcius sua patria nec parentibus
est, etiam si quis procul divitem domum
terra in aliena habitet seorsum a-parentibus.
Si vero _vis,_ age tibi et reditum meum lacrimosum narrabo,
quem mihi Jupiter immisit a Troja profecto.

Ab-Ilio me ferens ventus Ciconibus appulit,
ad-Ismarum: ibi autem ego urbem diripui, occidique ipsos (_incolas_):
ex urbe vero uxores et possessiones multas ubi-ceperamus,
divisimus, ut ne-quis mihi privatus abiret æquali _portione._
Tum vero ego quidem celeri pede fugere nos
hortabar; illi vero valde stulti non parebant.
Hic vero multum quidem vinum bibebatur, multas autem oves
mactabant ad litus, et trahentes-pedes camuros boves.
Interea vero abeuntes Cicones Ciconibus acclamabant,
qui ipsis vicini erant simul plures et meliores,
continentem habitantes, docti quidem ab equis
cum-viris pugnare, et ubi opus-erat, pedibus.
Venerunt deinde, quot folia et flores nascuntur vere,
matutini: tunc sane malum Jovis fatum astitit
nobis infelicibus, ut dolores multos pateremur.
Instituentes autem pugnam pugnabant ad naves veloces;
feriebantque se-invicem _socii et Cicones_ æreis hastis.
Quamdiu quidem tempus-matutinum erat, et augebatur sacra dies,
tamdiu nos-defendentes sustinebamus, plures licet essent:
quando vero Sol transibat vesperam-versus,
tum vero Cicones inclinarunt domitos Achivos.
Sex autem a singulis navibus bene-ocreati socii
periere: ceteri vero effugimus mortemque fatumque.

Illinc vero ulterius navigabamus, dolentes animo,
lubentes ex morte, caris amissis sociis.
Nec inde mihi ulterius naves procedebant utrinque recurvæ,
priusquam miserorum sociorum ter unumquemque vocassemus,
qui perierunt in campo, a Ciconibus trucidati.
Navibus autem immisit ventum Boream nubes-cogens Jupiter
cum-procella ingenti, ac nubibus cooperuit
terram simul et pontum; ingruit vero e-cœlo nox.
Hæ quidem deinde ferebantur obliquæ; vela autem ipsis
in-tres et quatuor-partes discidit vis venti.
Et ea quidem in naves demisimus, timentes interitum;
ipsas vero festinanter subduximus in-continentem.
Hic per-duas noctes duosque dies continenter usque
jacebamus, simul laboreque et doloribus animum exedentes.
Sed quando jam tertium diem pulcris-comis fecit Aurora,
malis erectis, at velis albis explicatis,

sedebamus: illas vero ventusque gubernatoresque dirigebant.
Et jam incolumis pervenissem in patriam terram,
sed me flcutus æstusque, circumflectentem Maleam,
et Boreas depulit, et aberrare-fecit Cytheris.

Hinc autem per-novem-dies ferebar perniciosis ventis
pontum per piscosum: at decimo conscendimus
terram Lotophagorum, qui-quidem floridum cibum edunt.
Hic vero continentem ingressi-sumus et hausimus aquam;
statim autem prandium cepere celeres apud naves socii.
Ac postquam cibum gustaveramus et potum,
tum vero ego socios præmisi sciscitatum vadentes,
viros duos electos, tertium præconem simul additum,
quinam viri essent in terra panem edentes.
Hi vero statim abeuntes congressi-sunt viris Lotophagis:
neque Lothophagi parabant sociis mortem
nostris, sed ipsis præbuerunt lotum gustandam:
horum autem quicunque loti comedisset dulcem fructum,
non-amplius renuntiare rursum volebat, nec redire;
sed illic volebant inter viros Lothophagos
lotum edentes manere, reditusque oblivisci.
Hos quidem ego ad naves duxi flentes necessitate,
navibusque in cavis sub transtra ligavi tractos.
At ceteros jussi dilectos socios
festinantes naves conscendere veloces,
ne-forte quis loto pastus reditus oblivisceretur.
Hi autem statim ingrediebantur, et in transtris consedere;
ordine vero sedentes canum mare verberabant remis.

Illinc autem ulterius navigabamus, dolentes corde.
Cyclopum autem ad terram superborum, exlegum,
venimus, qui quidem diis freti immortalibus,
nec plantant manibus plantam, neque arant:
sed hæcce sine-semente et -aratione omnia proveniunt,
triticum, et hordeum, ac vites, quæ ferunt
vinum in-magnis-uvis, et iis Jovis imber incrementum-dat.
Ipsis vero nec conciones _sunt_ consiliariæ, nec leges;
sed hi celsorum montium inhabitant cacumina,
in speluncis cavis; jus autem dat unusquisque
liberis atque uxoribus; neque se-invicem curant.

Insula deinde fossioni-apta præ portu obtenditur
terræ Cyclopum, nec prope, nec remote,
silvosa: in _ea_ vero capræ innumeræ nascuntur
agrestes; neque enim frequentatio hominum _eas_ prohibet:
neque ipsam ingrediuntur venatores, qui per silvam
dolores patiuntur, juga montium lustrantes.
Neque etiam gregibus occupatur, neque arationibus,
sed ipsa sine-semente et inarata diebus omnibus
viris caret; pascit vero balantes capras.
Non enim Cyclopibus naves adsunt rubris-proris,
nec viri insunt navium fabri, qui conficiant
naves bonis-transtris-instructas, quæ transmittant singula,
ad urbes hominum euntes, (veluti crebro
viri ad se-invicem navibus trajiciunt mare);
qui ipsis et insulam bene-habitatam elaborarent.
Neque enim omnino mala _est;_ ferret autem tempestiva omnia:
insunt enim prata maris cani ad litus
irrigua, mollia; omnino _ibi_ perennes vites essent.
In _ea_ etiam aratio facilis _esset;_ valde altam segetem semper
in _suas_ anni-tempestates meterent; quia valde pingue subest solum.
In _ea_ porro portus _est_ opportunus, in-quo non opus retinaculo est,
neque ancoris jactis, nec rudentibus alligatis;
sed qui-appulerint maneant aliquamdiu, donec nautarum
animus impulerit, et aspirarint venti.
Sed in vertice portus fluit limpida aqua,
fons sub specu: circum autem populi creverunt.
Huc devehebamur, atque aliquis deus _nobis_ dux-erat
noctem per obscuram: nec-tamen apparebat conspectus:
caligo enim circa naves densa erat, nec Luna
de-cœlo lucebat; obtegebatur vero _cœlum_ nubibus.
Ibi nullus hanc insulam vidit oculis;
nec sane fluctus magnos volutos ad litus
vidimus, antequam naves bonis-transtris-instructæ appulissent.
Appulsis autem navibus, collegimus vela omnia:
egressi autem et ipsi sumus in litus maris;
ibique obdormientes exspectavimus Auroram divinam.

Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
insulam admirantes, obambulabamus per eam.
Excitarunt vero Nymphæ, filiæ Jovis ægidem-tenentis,
capras montanas, ut prandium-sumerent socii.
Continuo incurvos arcus et hastas longis-cuspidibus
cepimus ex navibus; in tres-partes autem dispositi

jaculabamur; statim vero dedit deus copiosam venationem.
Naves quidem me sequebantur duodecim, in unamquamque autem
novem sortito-contigere capræ; mihi vero decem elegi soli.
Sic tum per-totum diem, ad solis occasum,
sedebamus epulantes carnes immensas, et _bibentes_ vinum dulce.
Nondum enim e-navibus absumtum-erat vinum rubrum,
sed inerat: multum enim in amphoris singuli
hausimus, Ciconum sacro oppido capto.
Cyclopum autem ad terram prospiciebamus, prope qui-erant,
fumumque, ipsorumque vocem _audiimus_ oviumque et caprarum.
Quando autem sol occidit et tenebræ supervenere,
tunc vero decubuimus in litore maris.
Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
tunc ego concione instituta inter omnes dixi:

Alii quidem nunc manete, mihi dilecti socii;
at ego cum navique mea et meis sociis
profectus, hos homines explorabo, quinam sint:
utrum illi flagitiosi et feroces, nec justi,
an hospitales, et ipsis mens sit deorum-reverens.

Sic fatus, navem conscendi; jussique socios
ipsosque conscendere, et retinacula solvere.
Hi vero continuo inscendebant, et in transtris consedere;
ordine autem sedentes canum mare verberabant remis.
Sed quum jam in-eum locum perveneramus, prope qui-erat,
ibi in extrema-parte speluncam vidimus, prope mare,
excelsam, lauris contectam: ibi vero multa
pecora, ovesque et capræ stabulabantur; circum autem caula
excelsa ædificata-erat excisis lapidibus,
procerisque pinis, et quercubus alte-comantibus.
Hic autem vir habitabat ingens, qui quidem pecora
solus pascebat procul; neque cum aliis
versabatur, sed seorsum manens nefario animo-erat.
Etenim monstrum erat horrendum; nec similis-erat
homini quidem pane-vescenti, sed cacumini silvoso
excelsorum montium, quando apparet solum ab aliis.

Tum vero ceteros jussi dilectos socios
illic apud navemque manere, et navem custodire:
at ego, electis sociorum duodecim optimis,
ivi; sed caprinum utrem habebam nigri vini,
dulcis, quod mihi dederat Maron, Evanthei filius,
sacerdos Apollinis, qui Ismarum tuebatur;
quoniam ipsum cum prole tutati-sumus atque uxore,
reverentes: habitabat enim in luco arborifero
Phœbi Apollinis. Ille vero mihi dedit pulcra dona:
auri quidem mihi dedit elaborati septem talenta;
dedit autem mihi craterem totum-argenteum: ac deinde
vinum in amphoris duodecim omnibus (_summâ_) haustum,
suave, incorruptum, divinum potum: nec quisquam illud
norat famulorum, neque ancillarum in domo,
sed ipseque uxorque cara, promaque una sola.
Hoc autem quum bibebant dulce vinum rubrum,
unum poculum qui-impleverat, aquæ ad viginti mensuras
infundebat; odor autem dulcis a cratere spirabat,
divinus: tum nequaquam abstinere gratum fuisset.
Hujus ferebam impletum utrem magnum; insuper etiam viatica
in-pera: statim enim mihi suspicatus-est animus generosus,
virum superventurum, ingenti præditum robore,
ferocem, nec jura bene scientem, nec leges.

Celeriter autem in antrum venimus, neque ipsum intus
invenimus; sed pascebat per pascua pinguia pecora.
Ingressi vero antrum admirabamur singula:
calathi quidem caseis gravabantur; repleta-erant autem stabula
agnorum atque hædorum: separati vero singuli
inclusi-erant; seorsum quidem grandiores, seorsum et ætate-medii,
seorsum itidem recens-nati: natabant autem sero vasa omnia,
mulctraliaque, scaphiaque elaborata, quibus immulgebat.
Tum me quidem primum socii precabantur verbis,
e-caseis ut-sumeremus-et abiremus retro; ac deinde
confestim ad navem celerem hædosque et agnos
e-stabulis agentes, pernavigaremus salsam aquam;
sed ego non parui (certe multo satius fuisset),
donec ipsumque viderem, et _experirer_ si mihi hospitalia daret:
nec sane erat sociis visus amabilis futurus.

Tum vero igne acenso sacrificavimus; atque etiam ipsi
e-caseis sumentes comedimus; exspectabamusque ipsum intus
sedentes, donec venit pascens: ferebat autem ingens onus
ligni aridi, ut ei ad-cœnam esset.
Extra antrum autem dejiciens strepitum fecit:
nos vero perterriti diffugimus in recessum antri.
At ille in latam speluncam egit pinguia pecora,
omnia prorsus, quae mulgebat: ac mares reliquit foris,

arietesque, hircosque, profundam extra caulam.
Ac deinde admovit operculum ingens alte-sublatum,
grave: non illud duo et viginti currus
fortes, quaternis-rotis, a solo dimovissent:
tantam excelsam petram admovit ostio.
Sedens autem mulgebat oves et balantes capras,
omnia _faciens_ rite, et fœtum submisit singulis.
Statim autem dimidium ubi-coagularat albi lactis,
textilibus in calathis constructum reposuit:
dimidium vero rursus constituit in vasibus, ut sibi esset
ad-potandum sumenti, set sibi ad-cœnam foret.
Ac postquam cito-expedierat obiens sua opera,
tunc ignem accendebat, et aspexit interrogabatque nos:

O hospites, quinam estis? unde navigatis humidas vias?
numquid[TR1] ad negotiationem, an temere erratis,
tanquam prædones super mare, qui errant,
animas periculo-objectantes, malum alienigenis ferentes?

Sic dixit; nobis autem statim confractum-est carum cor,
timentibus sonitumque gravem, ipsumque monstrosum.
Sed etiam sic eum verbis respondens alloquebar:

Nos quidem a-Troja devii-acti Achivi
variis ventis super magnam voraginem maris,
domum petentes alia via, aliis itineribus
venimus: sic fere Jupiter voluit constituere.
Viros autem Atridæ Agamemnonis nos-profitemur esse,
cujus sane nunc maxima sub-cœlo gloria est:
tantam enim diripuit urbem, et perdidit populos
multos: nos autem demum _te_ assecuti, ad-tua genua
venimus, si quod præbeas hospitale-munus, sive etiam aliter
des donum, qui-utique hospitum mos est.
Sed verere, optime, deos; supplices tibi sumus:
Jupiter autem ultor _est_ supplicumque hospitumque,
Hospitalis, qui hospites simul venerandos comitatur.

Sic dicebam: ille vero mihi rursus respondit sævo animo:
stultus es, o hospes, vel e-longinquo advenisti,
qui me deos jubes aut timere aut observare.
Non enim Cyclopes Jovem ægidem-tenentem curant,
nec deos beatos: quoniam multo[TR2] potentiores sumus.
Neque ego Jovis inimicitias evitans pepercerim
nec tibi, nec sociis, nisi animus me jubeat.
Sed mihi dic, ubi appuleris veniens fabrefactam navem,
utrum alicubi ad extremam-oram, an prope, ut sciam.

Sic dixit tentans: me autem non latuit scientem multa;
sed ipsum vicissim allocutus-sum dolosis verbis:

Navem quidem mihi confregit Neptunus terræ-concussor,
ad scopulos conjectam, vestræ ad fines terræ,
promontorio impactam; ventus autem ex ponto tulit:
at ego cum hisce effugi arduam perniciem.

Sic dicebam; ille autem mihi nihil respondit sævo animo;
sed ipse impetu-facto sociis manus inferebat;
simulque duos correptos, tanquam catulos, ad terram
illidebat: ac cerebrum humi fluebat, irrigabatque terram.
His vero membratim dissectis sibi-apparavit cœnam:
vorabat autem, quemadmodum leo montanus, nec relinquebat
intestinaque, carnesque, et ossa medullosa.
Nos vero flentes sustulimus Jovis manus,
improba opera videntes; desperatio autem tenebat animum.
Ac postquam Cyclops magnum impleverat ventrem,
humanas carnes comedens, et insuper merum lac bibens,
jacebat intra antrum extensus per pecora.
Hunc quidem ego volui in magno animo,
propius accedens, gladio acuto stricto a femore
vulnerare ad pectus, ubi præcordia jecur circumdant,
manu admota: alius autem me animus retinebat.
Ibidem enim et nos periissemus sæva morte:
non enim potuissemus ab-ostio excelso
manibus amovere saxum grave, quod admoverat.
Ita tum quidem ingemiscentes exspectabamus Auroram divinam.

Quando vero mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
tunc ignem accendebat et mulgebat egregia pecora,
omnia rite, et fœtum submisit singulis.
Ac postquam cito-expedierat obiens sua opera,
simul ille rursus duobus correptis sibi-apparavit prandium.
Pransus autem, ex-antro egit pinguia pecora,
facile amoto operculo ingenti: ac deinde
rursus admovit, veluti si pharetræ operculum imponeret.
Multo autem strepitu ad montem agebat pinguia pecora
Cyclops: at ego relictus-eram mala profunde-cogitans.

si qua ulciscerer, daretque mihi votum Minerva.
Hoc autem mihi in animo optimum videbatur[TR3] consilium.
Cyclopis enim jacebat ingens clava ad stabulum
viridis, oleagina; hanc quidem exciderat, ut ferret
arefactam; eam nos assimilabamus inspicientes,
quantus malus _est_ navis viginti-remis-agitatæ nigræ,
onerariæ, latæ, quæ trajicit magnam voraginem-maris:
tanta erat longitudo, tanta crassitudo aspectu.
Ab-hac quidem quantum ulnam ego abscidi astans,
et apposui sociis, lævigareque jussi.
Hi vero lævem fecerunt; ego autem acui astans
summum: statimque prehensam adurebam in igni ardente.
Et hanc quidem bene deposui reconditam sub stercore,
quod per speluncam fusum-erat admodum dense multum.
Ac ceteros sorte sortiri jussi,
quinam auderet mecum vectem sublatum
terere in oculo, quando eum dulcis somnus occuparet.
Hi autem sorte-electi-sunt, quos et voluissem ipse eligere,
quatuor, at ego quintus cum his delectus-sum.
Vespertinus autem rediit pulcris-velleribus pecora pascens:
continuo vero in latam speluncam egit pinguia pecora,
omnia prorsus; neque ullum relinquebat profundam extra caulam,
sive quid suspicatus, sive etiam deus sic jusserat.
Ac deinde admovit operculum ingens alte sublatum;
sedensque mulgebat oves et balantes capras,
omnia _faciens_ rite, et fœtum submisit singulis.
Ac postquam cito-expedierat obiens sua opera,
simul ille rursus duobus correptis sibi-paravit cœnam.
Et tum ego Cyclopem alloquebar prope astans,
poculum in manibus tenens nigri vini:

Cyclops, accipe, bibe vinum, postquam comedisti humanas carnes;
ut scias, qualem quendam potum hunc navis condebat
nostra; tibi autem libamen ferebam, si me miseratus
domum mitteres: tu vero furis non-amplius tolerabiliter.
Inique, quomodo quisquam ad-te et in-posterum alius accedat
ex-hominibus multis? quoniam non recte fecisti.

Sic dicebam: is autem accepit et ebibit, delectatusque-est vehementer
dulcem potum bibens; et a me petebat secundo rursus:

Da mihi adhuc lubens, et mihi tuum nomen dic
statim nunc, ut tibi dem hospitale-munus, quo tu gaudeas.
Etenim Cyclopibus fert alma terra
vinum in-magnis-uvis, et iis Jovis imber dat-incrementum;
verum hoc ambrosiæ et nectaris est surculus.

Sic dixit; at ei rursus ego dedi nigrum vinum;
ter quidem præbui ferens, ter autem _is_ ebibit stultitia.
Ac postquam Cyclopi circa mentem venit vinum,
tunc vero ipsum verbis alloquebar blandis:

Cyclops, interrogas me nomen inclytum? at ego tibi
dicam; tu autem mihi da hospitale-munus, uti pollicitus-es.
Nemo mihi nomen _est;_ Neminem vero me vocant
mater atque pater et alii omnes sodales.

Sic dixit; ille vero mihi statim respondebat sævo animo;
Neminem ego postremum edam post suos socios,
ceteros autem prius; hoc tibi hospitale-munus erit.

Dixit, et recumbens cecidit supinus; ac deinde
jacebat inflexa crassa cervice: atque eum somnus
capiebat omnium-domitor; e-gutture vero erumpebat vinum,
frustaque-carnis[TR4] humanæ; ipse autem eructabat vino-gravatus.
Et tunc ego vectem sub cinerem immisi multum,
donec calefieret; verbisque omnes socios
confirmabam, ne-quis mihi subveritus defugeret.
Sed quum jam brevi vectis oleaginus in igne erat
arsusur, viridis licet esset, candebatque vehementer,
tum ego _eum_ propius afferebam ex igne, circum autem socii
stabant: atque audaciam inspiravit magnam deus.
Hi quidem vectem prehensum oleaginum acutum in summo
oculo infixerunt; ego autem superne arrectus
versabam. Ut vero quum quis terebrat lignum navale vir
terebra, alii autem infra torquent loro
apprehensam utrinque: hæc autem circumvolvitur assiduo semper:
sic ejus in oculo ignea-acie vectem prehensum
versabamus; hunc autem sanguis circumfluebat calentem.
Omnes vero ei palpebras circum et supericilia cremavit vapor,
pupilla ardente: crepitabant autem ei igne radices.
Veluti autem quum vir faber securim magnam, aut asciam,
in aqua frigida mergit valde stridentem,
temperans; hoc enim deinde ferri robur est:
sic ejus stridebat oculus oleaginum circa vectem.

Horrendum autem magnum ejulavit; insonuitque petra:
nos vero perterriti diffugimus. At ille vectem
extraxit oculo fœdatum sanguine multo
illum quidem deinde abjecit a se manibus dolore-furens.
Atque Cyclopas magno clamore-vocabat, qui circa ipsum
habitabant in speluncis per promontoria ventosa:
illi autem clamorem audientes accurrebant aliunde alius;
stantesque interrogabant circa speluncam, quidnam ipsum affligeret:

Cur tantum, Polypheme, læsus sic clamasti
noctem per divinam, et insomnes nos facis?
num quis a-te oves mortalium invito abigit?
an _metuis_ ne-quis te ipsum occidat dolo aut vi?

Hos autem rursus ex antro allocutus-est fortis Polyphemus:
o amici, Nemo me occidit dolo, neque viribus.

Illi vero respondentes verba alata dicebant:
si quidem revera nullus tibi vim-infert, solus quum-sis,
morbum sane nullo-modo licet Jovis magni effugere:
sed tu-quidem supplica patri Neptuno regi.

Sic dixerunt abeuntes; meum autem risit carum cor,
quod nomen _eos_ decepisset meum et consilium eximium.
Cyclops autem ingemiscensque, et cruciatus doloribus,
manibus palpans, amovit quidem lapidem ab-ostio;
ipse vero in ostio considebat, manibus extensis,
si quem forte inter oves deprehenderet exeuntem foras;
adeo enim videlicet me putabat in mente stultum esse.
At ego deliberabam, quomod _hæc_ omnium optime fierent,
si quam sociis mortis liberationem, ac mihi ipsi
invenirem: omnes vero dolos et consilium _omne_ texebam,
utpote de vita; magnum enim malum prope erat.
Hoc vero mihi in animo optimum videbatur consilium.
Mares oves erant bene-nutriti, densis-velleribus,
pulcrique, magnique, violaceum vellus habentes;
hos tacite colligabam bene-tortis viminibus,
in quibus Cyclops dormiebat, monstrum, nefario animo,
tres-una sumens: qui quidem in-medio _erat, is_ virum ferebat,
ceteri autem duo utrinque ibant, servantes socios.
Ternæ autem quemque virum oves ferebant: atque ego
(aries enim erat, pecudum longe maximus omnium),
hujus tergo arrepto, villosum sub ventrem volutus
extendebar: at manibus lanæ egregiæ
firmiter implicatus hærebam constanti animo.
Sic tum quidem gementes exspectavimus Auroram divinam.

Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
tum vero deinde ad-pascua erumpebant mascula pecora;
feminæ vero balabant immulctæ per stabula:
ubera enim gravabantur. Dominus vero doloribus gravibus
afflictus, omnium ovium palbabat terga
erecte stantium; illud autem stultus non animadvertit,
ut illi sub lanigerarum ovium pectoribus ligati-erant.
Ultimus aries pecorum exibat foras,
vellere gravatus, et me, multa cogitante.
Hunc autem palpatum allocutus-est fortis Polyphemus:

Aries care, quid mihi ita per speluncam exis pecudum
ultimus? neutiquam antea quidem relictus venis post-oves,
sed multo primus pasceris teneros flores herbæ,
magnis passibus-incedens; primusque ad-fluenta fluviorum pervenis;
primus autem in-stabulum cupis redire
vespertinus: nunc contra omnium-ultimus: num tu domini
oculum desideras? quem vir malus excæcavit
cum perniciosis sociis, postquam-domuit mentem vino,
Nemo, quem nondum existimo elapsum esse mortem.
Si jam idem-_mecum_-sentires, vocalisque fieres,
ut-diceres, ubinam ille meum robur evitet;
profecto ei cerebrum quidem per speluncam huc illuc
eliso spargeretur ad solum; ac meum cor
quiesceret a-malis, quæ mihi nihili-vir intulit Nemo.

Sic locutus, arietem a se mittebat foras.
Quum-venissemus autem paululum a speluncaque et caula,
primus ab ariete me-expedivi, solvi vero _deinde_ socios.
Celeriter autem pecora pedes-tendentia, pinguia adipe,
multa circumducentes abigebamus, donec ad navem
pervenissemus; desiderati vero caris sociis apparuimus,
qui effugimus mortem: ceteros autem lugebant flentes.
At ego non sinebam, sed superciliis innuebam unicuique,
ne-flerent; verum jussi celeriter pulcris-velleribus pecora
multa in navem quum-immisissent, navigare salsam aquam.
Illi vero statim inscendebant, et in transtris consedere;

ordineque sedentes canum mare verberabant remis.
Sed quando tantum aberam, quantum _aliquis_ audiri-potest clamans,
tunc ego Cyclopem alloquebar conviciis:

Cyclops, non ergo eras imbellis viri socios
comesurus in spelunca cava, vi violenta.
Et nimis-abunde te erant assecutura mala facta _tua:_
inique! quoniam hospites non verebaris tua in domo
comedere: ideo te Jupiter ultus-est et dii alii.

Sic dixi; ille autem inde iratus-est in-animo magis:
misit autem abruptum verticem montis magni;
dejecitque ante navem nigra-prora.
[paululum vero abfuit quin clavum extremum attingeret.]
Fluctavit autem mare decidente a petra:
ipsam vero _navem_ statim ad-continentem refluus ferebat fluctus,
inundatio e mari, adegitque-prope terram ut-veniret.
Atque ego manibus sumto prælongo conto
detrusi a _litore;_ sociosque hortatus jussi
incumbere remis, ut malum effugeremus,
capite annuens: illi vero incumbentes remigabant.
Sed quando jam bis tantum per-mare iter-facientes aberamus,
tunc ego Cyclopem alloquebar; circum vero socii
blandis verbis _me_ inhibebant aliunde alius:

Improbe, cur vis irritare ferocem virum?
qui etiam nunc in-pontum jacto telo deduxit navem
rursus ad continentem, et sane existimabamus illic _nos_ perituros.
Si vero vociferatum aliquem, aut locutum audiisset,
collisisset nostra capita, et navalia ligna,
saxo aspero conjecto; tantum enim jaculatur.

Sic dixerunt; sed non flectebant meum magnum animum,
sed illum rursus allocutus-sum irato animo.

Cyclops, si quis te mortalium hominum
de-oculi interrogaverit fœda cæcitate,
dic, Ulyssem urbium-eversorem excæcasse _te,_
filium Laertæ, in Ithaca ædes habentem.

Sic dixi; ille autem mihi ejulans respondet sermone:
dii boni, certe omnino jam me antiqua vaticinia attingunt.
Erat quidem hic vates vir, bonusque magnusque,
Telemus Eurymides, qui vaticiniis excellebat,
et vaticinans consenescebat inter-Cyclopas;
qui mihi dixit hæc omnia perfectum-iri in-posterum,
manibus ex Ulyssis _me_ privatum-iri visu.
Sed semper aliquem virum magnum et pulcrum exspectabam
huc venturum-esse, magno præditum robore;
nunc autem me, parvusque et nihili-homo, et imbellis,
oculo privavit, postquam me domuerat vino.
Sed age huc _veni,_ Ulysse, ut tibi hospitalia præbeam,
deductionemque impellam ut-det inclytum Neptunum:
hujus enim ego filius sum, patrem autem is meum se-profitetur esse:
ipse autem, si voluerit, sanabit, nec quisquam alius,
nec deorum beatorum, nec mortalium hominum.

Sic dixit: at ego ipsum _sic_ respondens alloquebar:
utinam enim _ita_ jam animaque et vita te possem
expertem factum mittere in domum Plutonis,
ut non oculum utique sanabit nec Neptunus.

Sic dixit: ille autem inde Neptuno regi
supplicabat, manus tendens ad cœlum stellatum:

Audi, Neptune terram-continens, cæruleis-crinibus
si revera tuus sum, patremque _te_ meum profiteris esse,
da, ut-ne Ulysses urbium-eversor domum veniat.
[filius Laertæ, in Ithaca domos habens.]
At si ei fatale est amicosque videre et pervenire
ad-domum bene-ædificatam, et suam in patriam terram:
sero male veniat, amissis omnibus sociis,
nave in aliena, inveniatque calamitates domi

Sic dixit precans; eum autem exaudivit Neptunus.
Atque ille rursus multo majore lapide sublato,
misit circumrotatum; intendit autem vim immensam.
Dejecti vero post navem nigra-prora,
paululum, parumque-abfuit-quin clavum extremum attingeret.
Fluctuavit vero mare decidente a petra;
ipsam autem _navem_ ulterius ferebat fluctus, adegitque-prope terram ut veniret.
Sed ut jam ad-insulam pervenimus, ubi ceteræ

naves bonis-transtris stabant confertæ, circum autem socii
sedebant lugentes, nos exspectantes semper:
navem quidem, illuc ut-venimus, subduximus in arenis,
egressique et ipsi sumus in litus maris.
Pecudes autem Cyclopis cava ex navi sumtas
divisimus, ut nullus mihi privatus abiret æquali _portioni._
Arietem autem mihi soli bene-ocreati socii,
ovibus divisis, dederunt insuper: eum vero in litore
Jovi atras-nubes-cogenti Saturnio, qui omnibus imperat,
sacrificans, femora incendebam: ille vero non-curabat sacra;
sed jam deliberabat, quo-pacto perderentur omnes
naves bonis-transtris, et mihi dilecti socii.
Sic tunc quidem per-totum diem ad solis occasum
sedebamus, epulantes carnesque immensas et _bibentes_ vinum dulce.
Quando vero sol occiderat, et tenebræ supervenerant,
tum vero decubuimus in litore maris.
Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
tum vero ego socios adhortatus jussi
ipsosque inscendere _naves,_ et retinacula solvere.
Illi vero statim ingrediebantur, et in transtris consedere,
ordineque sedentes canum mare verberabant remis.

Hinc vero ulterius navigabamus, dolentes animo,
lubentes ex morte, caris amissis sociis.

[TR1] "nunquid" -> "numquid"
[TR2] "multos" -> "multo"
[TR3] "vibebatur" -> "videbatur"
[TR4] "rustaque-carnis" -> "frustaque-carnis"

Odysseæ X.—De Æolo et Læstrygonibus et Circe.

ARGUMENT: ADVENTURES WITH AEOLUS, THE LAESTRYGONS, AND CIRCE.

Ulysses arrives at the island of Aeolus, who gives him prosperous winds, and incloses the adverse ones in a bag, which his companions untying, they are driven back again and rejected. Then they sail to the Laestrygons, where they lose eleven ships, and, with only one remaining, proceed to the island of Circe. Eurylochus is sent first with some companions, all which, except Eurylochus, are transformed into swine. Ulysses then undertakes the adventure, and, by the help of Mercury, who gives him the herb Moly, overcomes the enchantress, and procures the restoration of his men. After a year's stay with her, he prepares, at her instigation, for his voyage to the infernal shades.

TEXT:

Æoliam autem in insulam pervenimus; ubi habitabat
Æolus Hippotades, carus immortalibus diis,
natatili in insula; totam vero circa eam murus _est_
æreus, infragilis; lævisque assurgit petra.
Hujus et duodecim liberi in ædibus nati-sunt,
sex quidem filiæ, sex autem filii pubescentes.
Ibi ille filias dedit filiis ut-essent uxores.
Hi vero semper apud patrem carum et matrem venerandam
convivantur; atque ipsis cibaria plurima apponuntur;
odorata autem domus circum-personat in-aula
interdiu; nocte vero rursus apud pudicas uxores
dormiunt inque tapetibus et in tornatis lectis.
Et ad-horum quidem pervenimus urbem et ædes pulcras.
Mensem vero totum amice-excipiebat me et exquirebat singula,
de-Ilio, Argivorumque navibus et reditu Achivorum;
et ego quidem ei omnia accurate enarravi.
Sed quum jam et ego iter postulabam, atque hortabar _ut me_
dimitteret, nequaquam ille abnuit, sed paravit deductionem.
Dedit mihi excoriatum utrem bovis novennis,
in-eo vero mugientium ventorum ligavit flatus:
illum enim promum ventorum fecit Saturnius
et ut-compescat, et ut-cieat, quemcunque velit.
Nave vero in cava colligavit funiculo splendido,
argenteo, ut ne-quid præter-flaret, vel paululum:
ac mihi flatum Zephyri immisit ad-flandum,
ut-ferret navesque et ipsos: nec-tamen inde erat
perfecturus: ipsorum enim periimus insipientia.

Per-novem-dies quidem continuo navigabamus noctesque et dies;
decima vero jam apparebat patria terra:
et jam ignem-accendentes videbamus, prope qui-erant.
Ibi me quidem dulcis somnus occupavit defessum:
semper enim pedem navis movebam, nec cuiquam alii
dedi sociorum, ut citius perveniremus in-patriam terram.

Sed socii verbis ad se-invicem loquebantur,
et me putarunt aurumque et argentum domum reportare,
dona ab Æolo magnanimo Hippotada
sic autem aliquis dicebat, intuitus in proximum alium:

Dii boni! ut hic omnibus gratus est magni-æstimatus est
hominibus, quorumcunque in-urbem et terram venerit.
Multas quidem ex Troja ducit res-pretiosas, pulcras,
e-præda: nos vero contra, idem iter emensi,
domum redimus vacuas manus habentes.
Et nunc ei hæc dedit gratificans amicitia
Æolus; sed age ocyus videamus, quidnam hæc sint,
quantum quid aurique et argenti utri insit.

Sic dicebant; consiliumque malum vicit sociorum;
utrem quidem solverunt, venti autem erupere.
Illos vero statim abreptos ferebat in-pontum procella
flentes, terra a patria; at ego
experrectus, in animo eximio deliberavi,
utrum delapsus ex navi perirem in ponto,
an tacitus sustinerem, et adhuc vivis interessem.
Sed sustinui et mansi; obvolutus autem in navi
jacebam; illæ vero ferebantur malo venti turbine
rursus ad Æoliam insulam: gemebant autem socii.

Ibi vero in terram ascendimus, et hausimus aquam:
statim autem prandium ceperunt celeres apud naves socii.
Ac postquam cibumque gustaveramus ac potum,
tum vero ego, præconem mihi ubi-asciveram et socium,
ivi ad Æoli inclytas ædes; eum autem inveniebam
convivantem cum suaque uxore et suis liberis.
Ingressi autem domum, ad fores in limine
sedebamus: illi vero in animo obstupescebant, interrogabantque:

Quomodo venisti, Ulysse? quis tibi malus ingruit deus?
certe quidem te accurate dimittebamus, ut pervenires
in-patriam tuam et domum, et sicubi tibi gratum sit.

Sic dixerunt; at ego _eos_ alloquebar, mœrens corde:
læserunt me sociique mali, præterque eos somnus
infaustus: sed medemini, amici: potest enim _est_ penes vos.

Sic dixi, blandis _eos_ demulcens verbis:
illi vero muti facti-sunt; pater autem respondebat sermone:

Abi ex insula ocyus, pessime viventium.
Non enim mihi fas est curare nec dimittere
virum illum, qui diis invisus-sit beatis.
Abi; quoniam immortalibus invisis huc venisti.

Sic locutus, dimittebat ex ædibus graviter gementem.
Hinc vero ulterius navigabamus, dolentes corde.
Fatigabatur autem virorum animus a remigatione molesta,
nostra stultitia: quoniam non-amplius apparebat reductio.

Per-sex-dies quidem continuo navigabamus noctesque et dies;
septima vero venimus Lami ad-excelsam urbem,
magnam (_vel_ Telepylum) Læstrygoniam, ubi pastorem pastor
inclamat intro-agens, alter vero exigens auscultat.
Ibi insomnis vir duplicem reportaret mercedem,
unam quidem, pascendis-bobus, alteram vero, candidas pecudes
pascens;
prope enim _ibi_ noctisque et diei sunt viæ.
Ibi postquam ad portum inclytum veneramus, circa quem petra
excelsa est, continenter utrinque
litoraque prominentia e-regione sibi-invicem
in ostio procurrunt; angustus vero introitus est:
ibi illi intus omnes tenebant naves utrinque-recurvas.
Hæ quidem intra portum concavum alligatæ-erant
propinquæ: nunquam enim attollebatur fluctus in ipso,
nec magnus, nec parvus; candida autem erat circum tranquillitas.
At ego solus tenebam extra navem nigram,
illic in extrema-parte, e petra funibus ligatis:
constiti vero, speculam in præruptam ubi-ascenderam.
Ibi quidem nec boum nec virorum apparebant opera,
fumum autem solum videbamus a terra exsurgentem.
Tum vero ego socios præmisi sciscitatum vadentes
quinam viri essent in[TR1] _hac_ terra panem vescentes;
viros duos electos, tertium præconem una comitem addens.
Hi vero iverunt, egressi, _per_ planam viam, qua plaustra
ad urbem ab excelsis montibus devehebant lignum.
Puellæ vero obvii-facti-sunt ante urbem aquam-petenti,
filiæ eximiæ Læstrygonis Antiphatæ.
Hæc quidem ad fontem descendebat pulcre-fluentem
Artaciam; hinc enim aquam ad urbem ferebant;
illi vero astantes _eam_ alloquebantur, interrogabantque,

quisnam illorum esset rex, et quibus imperaret.
Illa vero valde cito patris ostendit excelsam domum.
Hi autem postquam ingressi-sunt inclytas ædes, mulierem
invenerunt, velut montis verticem; horrueruntque eam.
Hæc autem continuo e foro vocabat inclytum Antiphatem,
suum maritum, qui sane illis molitus-est sævum exitium.
Statim uno correpto sociorum, apparavit-sibi cœnam:
alteri vero duo conciti fuga ad naves pervenerunt.
Atque ille excitabat clamorem per urbem; hi vero audientes
vadebant, fortes Læstrygones, aliunde alius,
innumeri, non hominibus similes, sed Gigantibus.
Qui a petris _abruptis_ viro-gravibus saxis
jaciebant; statim autem malus strepitus per naves ortus-est
virorum pereuntium, naviumque simul fractarum;
piscium vero instar transfigentes, tristes epulas ferebant.
Dum illi hos perdebant portum profundum intra,
interea ego, gladio acuto extracto a femore,
eo funes abscidi navis cærulea-prora.
Statim autem meos socios adhortatus jussi
incumbere remis, ut calamitatem subterfugeremus.
Hi vero mare omnes jaciebant, veriti mortem.
Libenter autem in pontum imminentes effugit petras
navis mea; at reliquæ confertæ illic perierunt.

Hinc autem ulterius navigabamus, dolentes animo,
lubentes ex morte, caris amissis sociis.
Ææam vero ad insulam pervenimus: ibi autem habitabat
Circe comis-pulcris, potens dea, vocalis,
germana-soror prudentis Æetæ:
ambo enim nati-sunt ex lucem-hominibus-præbente Sole,
et matre ex Perse, quam Oceanus genuit filiam.
Hic vero ad litus nave appulimus tacite
navium-capacem in portum, et aliquis deus dux-erat.
Ibi tum egressi, duosque dies et duas noctes
jacebamus, pariter et labore et doloribus animum rodentes.
Sed quando jam tertium diem pulcris-comis fecit Aurora,
tunc ego mea hasta sumta et gladio acuto,
celeriter a nave ascendi in speculam,[TR2]
sicubi opera viderem mortaliumque vocemque audirem.
Steti autem, speculam in præruptam ubi-ascenderam,
et mihi visus-est fumus _surgens_ a terra lata,
Circes in ædibus, per querceta densa et silvam.
Cogitavi autem deinde in mente et in animo
ire ac sciscitari, postquam vidi atrum fumum.
Sic vero mihi cogitanti visum-est satius esse,
primum profectum ad navem celerem et litus maris,
prandium sociis dare, præmittereque _aliquos_ sciscitatum.
Sed quando jam prope eram, profectus, navem utrinque-recurvam,
tunc aliquis mei deorum misertus-est, solius,
qui mihi excelsis-cornibus cervum magnum in viam ipsam
misit: is quidem ad-flumen descendebat ex pascuis silvæ,
potaturus: dudum enim ipsum urgebat vis solis.
Illum vero ego egredientem per spinam medio tergo
percussi; ac penitus hastile æreum transiit;
decidit vero _is_ in pulvere porrectus, avolavitque anima.
Illi vero ego insistens, hastam æream ex vulnere
extraxi; quam quidem illic reclinatam in terra
reliqui; at ego avulsi virgultaque viminaque,
funemque quantum ulnam _longitudine,_ bene-tortum undique,
ubi-plexeram, colligavi pedes ingentis monstri.
Ivi autem _eum_ de-cervice ferens ad navem nigram,
hasta fultus, quoniam nequaquam licebat in humero
manu ferre altera: valde nim magna bellua erat.
Dejeci autem ante navem; excitavique socios
blandis verbis, astans, viros singulos:

O amici, nequaquam enim descendemus, afflicti licet,
in Plutonis ædes, antequam fatalis dies advenerit.
Sed agite, quamdiu _est_ in navi celeri cibusque potusque,
recordemur escæ, neu vexemur fame.

Sic dixit;[TR3] illi vero ocyus meis verbis paruerunt:
abjectisque-involucris _egressi_ ad litus maris infructuosi
admirabantur cervum; valde enim magna bellua erat.
Ac postquam se-oblectarant spectantes oculis,
manibus lotis apparabant eximium convivium.
Sic tum quidem per-totum diem ad solis occasum
sedebamus, epulantes carnesque copiosas et _bibentes_ vinum
dulce.
Quando autem sol occidit, et tenebræ supervenerunt,
tum vero decubuimus in litore maris.
Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
tunc ego concione facta inter omnes dixi:

Audite meos sermones, mala licet patientes, socii:
o amici: neque enim scimus, ubi occasus, neque ubi Aurora,

neque ubi Sol hominibus-lucem-præbens vadit sub terram,[TR4]
neque ubi resurgit; sed consultemus ocyus,
si quod adhuc erit consilium; ego autem non existimo esse.
Vidi enim, speculam in præruptam ubi-ascenderam,
insulam, quam circumcirca pontus infinitus ambit:
ipsa vero humilis jacet: fumum autem in medio
conspicatus-sum oculis, per querceta densa et silvam.

Sic dixi: illis vero confractum-est carum cor,
recordatis facinorum Læstrygonis Antiphatæ,
Cyclopisque violentiæ magnanimi, viros-devorantis.
Flebant autem stridule, uberes lacrimas defundentes:
at enim nullus profectus fiebat lugentibus.

Verum ego bipartito omnes bene-ocreatos socios
numerabam, ducemque utrisque præbui:
alterorum quidem ego dux-eram, alterorum vero Eurylochus deo-
similis.
Sortes autem in galea ærea concutiebamus celeriter;
exsiliit vero sors magnanimi Eurylochi.
Profectus-est autem ire; unaque cum-eo duo et viginti socii
flentes; ac nos reliquerunt ejulantes pone.
Invenerunt autem in convallibus structas ædes Circes
politis lapidibus, conspicuo in loco.
Circa vero ipsam lupi erant montanti ac leones,
quos ipsa cicurarat, postquam mala medicamina dederat.
Neque illi irruerunt in viros, sed utique ipsi
caudis longis circum-adulantes assurrexerunt.
Ut vero quum circa dominum canes a-convivio redeuntem
adulantur; semper enim fert delinimenta animi:
sic circa hos lupi fortibus-unguibus, ac leones,
adulabantur; illi vero timuere, ut viderunt terribilia monstra.
Steterunt autem in vestibulo deæ pulcris-comis:
Circen autem intus audiebant cantantem voce pulcra,
telam obeuntem magnam, divinam; qualia dearum
subtiliaque et venusta et splendida opera sunt.
His vero sermonem exorsus-est Polites, princeps virorum,
qui mihi carissimus sociorum erat, maximeque-venerandus:

O amici, intus enim aliqua obiens magnam telam
pulcre cantillat (pavimentum autem totum resonat),
sive dea, sive femina; sed compellemus ocyus.

Sic igitur dixit: illi vero compellabant vocantes.
Ea autem continuo egressa fores aperuit splendidas,
et invitabat; illi vero omnes imprudentia sequebantur:
Eurylochus autem remanebat, suspicatus dolum esse.
Collocavit vero illa-introductos per sediliaque et solia;
ipsisque caseumque et farinam et mel recens
vino Pramnio commiscebat; immiscebatque pani
medicamina perniciosa, ut penitus obliviscerentur patriæ terræ.
Ac postquam præbuerat et _illi_ ebiberant, statim deinde
virga percussos intra haras concludebat.
Illi vero suum quidem habebant capita vocemque setasque
et corpus; at mens erat integra, ut antea quidem.
Sic hi quidem flentes conclusi-sunt; eis autem Circe
glandem-ilignam quernamque projecit, fructumque corni,
ad-edendum, qualia sues humi-cubantes semper edunt.

Eurylochus autem continuo venit celerem ad navem nigram,
nuntium de-sociis relaturus, et amarum fatum.
Neque ullum proloqui poterat verbum, cupiens licet,
cor dolore ingenti perculsus; atque ei oculi
lacrimis implebantur, fletumque meditabatur animus.
Sed posteaquam eum omnes mirati-sumus interrogantes,
tunc ceterorum sociorum narravit exitium:

Ivimus, ut jubebas, per querceta, inclyte Ulysse;
invenimus in convallibus structas ædes pulcras.
[politis lapidibus, conspicuo in loco.]
Illic autem quædam magnam telam obiens argute canebat,
sive dea, sive mulier: hi vero compellabant vocantes.
Illa autem continuo egressa fores aperuit splendidas,
et invitabat; hi vero simul omnes imprudentia sequebantur;
at ego remansi, suspicatus dolum esse.
Illi vero simul evanuerunt universi, nec quisquam eorum
apparuit: diu autem desidens speculabar.

Sic dixit: at ego gladium quidem argenteis-clavis-distinctum
humeris circumjeci, magnum, æreum, atque arcum;
illum vero continuo jussi eandem viam præire.
At ille utraque _manu_ prehensis _me_ precabatur genibus:
[et me lugens verbis alatis allocutus-est:]

Ne me duc illuc invitum, Jovis-alumne, sed relinque hic:
novi enim, quod neque ipse redibis, nec quenquam alium

reduces tuorum sociorum: sed cum hisce ocyus
fugiamus: adhuc enim effugere-poterimus malum diem.

Sic dixit: at ego ipsum respondens allocutus-sum:
Euryloche, sane tu quidem mane ibidem, hoc in loco,
edens et bibens, cavam apud navem nigram:
at ego ibo; dura enim mihi adest necessitas.

Sic fatus, a nave ascendebam ac mari.
Sed quando jam eram profectus sacras per convalles,
Circes accessurus veneficæ ad magnam domum,
ibi mihi Mercurius aureo-caduceo obviam-venit,
proficiscenti ad domum, adolescenti viro similis,
primum pubescenti, cujus quidem gratiosissima pubertas;
inhæsitque mihi manu, verbumque dixit, et elocutus-est:

Quorsum vero, o infelix, per juga vadis solus,
loci ignarus quum-sis? socii vero tibi illi in Circes _ædibus_
conclusi-sunt, ut sues, densa latibula habitantes.
An eos liberaturus huc venis? neque te puto
ipsum rediturum-esse: manebis vero tu, ubi quidem alii.
Sed age jam te e-malis expediam, ac servabo:
accipe, hoc medicamen bonum habens ad ædes Circes
vade, quod tibi a-capite avertat malum diem.
Omnia autem tibi dicam perniciosa consilia Circes.
Apparabit tibi potionem-miscellam, injicietque medicamina in-escam:
sed neque sic incantare te poterit; non enim sinet
medicamen eximium, quod tibi dabo; dicam vero singula.
Quando Circe te percutiet prælonga virga,
tum vero tu, gladio acuto stricto a femore,
in-Circen irrue, quasi interficere cupiens.
Illa vero te subverita invitabit ad-concubitum;
ibi tu nequaquam deinde recusa deæ cubile,
ut tibi solvatque socios, ipsumque _te_ benigne-excipiat:
sed jube ipsam beatorum magnum jusjurandum jurare,
nullum tibi ipsi damnum malum machinaturam _se_ aliud;
ne te nudatum vilem et enervem reddat.

Sic igitur locutus præbuit medicamen Argicida,
e terra evulsum, et mihi naturam ejus ostendit.
Radice quidem nigrum erat, lacti autem simile flore;
Moly vero ipsum vocant dii: difficileque _est_ effossu
viris utique mortalibus; dii autem omnia possunt.

Mercurius quidem deinde discessit ad magnum Olympum,
insulam per silvosam: ego autem ad domos Circes
ivi; multum vero mihi cor æstuabat eunti.
Steti autem in vestibulo deæ pulcris-comis:
ibi stans clamavi; dea autem meam audivit vocem.
Illa vero statim egressa fores aperuit splendidas,
et invitabat; atque ego sequebar, dolens corde.
Collocavit autem me introductum in solio argenteis-clavis distincto,
pulcro, artificioso: ac scabellum sub pedibus erat:
apparavit autem mihi potionem-miscellam in-aureo poculo, ut biberem;
immisitque medicamen, mala meditans in animo.
Ac postquam dederatque et ebiberam, nec me incantavit,
virgula ubi-percusserat, verbumque dixit et elocuta-est:

Abi nunc in-haram, cum ceteris cuba sociis.
Sic dixit: ego vero, gladio acuto stricto a femore,
in-Circen irrui, quasi interficere cupiens.
Illa vero vehementer exclamans subtercurrit et prehendit genua,
et me ejulans verbis alatis allocuta-est:

Quis _et_ unde es hominum? ubi tibi urbs atque parentes?
stupor me tenet, quod neutiquam, bibens hæc medicamina, incantatus-sis.
Minime enim quisquam alius vir hæc medicamina sustinuit,
qui biberit, et primum miserit-per septum dentium.
[Tibi vero quædam in pectoribus indomabilis mens est.]
Profecto tu Ulysses es versutus, quem mihi semper
prædicabat venturum aureo-caduceo Argicida,
e-Troja reversum celeri cum nave nigra.
Sed age nunc in-vagina gladium pone; nos vero deinde
lectum nostrum conscendamus, ut commixti
cubili et amore, confidamus nobis-invicem.

Sic dixit: at ego ipsam respondens allocutus-sum:
o Circe, quonam-modo me jubes tibi mitem esse?
quæ mihi sues quidem reddidisti in ædibus socios:
ipsum vero hic detinens, dolos-meditans jubes
in thalamumque ire, et tuum conscendere lectum,
ut me nudatum, vilem et enervem reddas?

Non equidem voluerim tuum conscendere lectum,
nisi mihi sustinueris, dea, magnum jusjurandum jurare,
nullum mihi damnum malum machinaturam _te_ aliud.

Sic dixi; illa vero continuo abjurabat, ut jubebam.
Ac postquam juraverat peregeratque jusjurandum,
tunc ego Circes conscendi perpulcrum lectum.

Ancillæ autem tum in ædibus ministrabant
quatuor, quæ ei per domum famulæ sunt.
Natæ-sunt vero hæ ex fontibus et a-silvis,
ex sacrisque fluviis, qui in mare profluunt.
Harum una quidem injiciebat soliis stragula pulcra,
purpurea superne, inferne autem lintea subjiciebat:
alter vero ante solia extendebat mensas
argenteas, eisque imponebat aurea canistra:
tertia autem cratere suave vinum miscebat
dulce in argenteo, distribuebatque aurea pocula;
quarta vero aquam ferebat, et ignem accendebat
multum sub tripode magno; calefiebat autem aqua.
Ac postquam calefacta-erat aqua in splendido aheno,
in balneum _me_ inductum lavabat ex tripode magno,
suavi fusa _aqua_ per caputque et humeros,
donec mihi defatigationem animum-rodentem exemisset membris.
Ac postquam lavarat _me_ et unxerat pingui oleo,
lænamque mihi pulcram induerat ac tunicam;
collocavit me introductum in solio argenteis-clavis-distincto,
pulcro, artificioso; ac scabellum sub pedibus erat;
[aquam autem ancilla gutturnio infundebat ferens
pulcro, aureo, super argenteo lebete,
ad-lavandum; juxta vero politam extendit mensam.
Cibum autem veneranda proma apposuit ferens,
ferculis multis appositis, largiens de-præsentibus;]
edere vero _me_ jubebat: meo autem non placebat animo;
sed sedebam alia-cogitans, mala autem imaginabatur animus.

Circe vero ut animadvertit me sedentem, neque ad cibum
manus porrigentem, gravem autem me luctum habentem,
prope astans verbis alatis _me_ allocuta-est:

Quid sic, Ulysse, sedes similis muto,
animum rodens; cibum autem non attingis, nec potum?
certe aliquem dolum alium suspicaris: nec quicquam te oportet
timere; jam enim tibi abjuravi firmum jusjurandum.

Sic dixit: at ego ipsam respondens allocutus-sum:
o Circe, quis enim vir, qui æquus fuerit,
prius sustinuerit gustare cibum ac potum,
quam solvi-fecerit socios et in oculis viderit?
Sed si re-vera ex animo _me_ bibere edereque jubes,
libera, ut oculis videam, dilectos socios.

Sic dixi: Circe autem per-ædes _transiens_ exivit,
virgam tenens in manu; foresque aperuit haræ,
exegitque porcis similes novennibus.
Illi quidem deinde stabant ex-adverso: hæc vero per eos
vadens adungebat unicuique medicamen aliud.
Eorum autem e membris pili defluebant, quos ante produxerat
medicamen perniciosum, quod ipsis dederat veneranda Circe;
viri vero statim facti-sunt juniores, quam antea fuerant,
et multo pulcriores et majores aspectu.
Agnoverunt autem me illi, hæseruntque in manibus unusquisque.
Omnes autem gratus subiit fletus; circumque domus
valide resonabat; dea vero miserabatur et ipsa.
Eaque me prope stans-allocuta est, diva dearum:

[Generosissime Laertiade, sollers Ulysse,
vade nunc ad navem celerem et litus maris:
navem quidem omnium-primum subducite in-terram,
possessiones autem in speluncis deponite, armaque omnia:
ipse vero statim revertere, et adduc dilectos socios.

Sic dixit: ac mihi persuasus-est animus generosus.
Profectusque-sum ire ad navem celerem et litus maris:
inveni deinde apud navem celerem dilectos socios,
miserabiliter ejulantes, uberes lacrimas defundentes.
Ut vero quum in-agris-stabulantes vitulæ circa vaccas armentales
profectas ad mandram, postquam herba se-saturarint,
omnes simul vitulantur adversæ; neque amplius stabula
eas detinent, sed dense mugientes circumcurrunt
matres: sic _circum_ me illi, postquam viderunt oculis,
lacrimabundi fusi-sunt; visusque-est etiam ipsorum animus
ita esse, tanquam si in-patriam venissent et urbem ipsorum
in-aspera Ithaca, ubi nutritique-erant ac geniti:
et me ejulantes verbis alatis allocuti-sunt:

Tibi quidem reverso, Jovis-alumne, sic gratulamur,
ac si in Ithacam venissemus, patriam terram;
sed age, ceterorum sociorum narra interitum.

Sic dixerunt: at ego _eos_ allocutus-sum dulcibus verbis:
navem quidem omnium-primum subducamus in-terram,
possessionesque in speluncis deponamus, armaque omnia:
vos vero properate, ut me una omnes sequamini,
quo videatis socios sacris in ædibus Circes,
bibentes et edentes: affatim enim habent.

Sic dixi: illi autem celeriter meis verbis paruerunt;
Eurylochus vero mihi solus detinebat omnes socios:
[et ipsos compellans verbis alatis allocutus-est:]

Ah miseri, quo imus? quid mala appetitis ista,
Circes ad ædes descensuri? quæ cunctos
aut sues, ad lupos reddet, aut leones;
qui ei magnam domum custodiamus etiam necessitate.
Sicut Cyclops fecit, quando ejus ad-caulam venerunt
nostri socii, unaque hic audax comitatus-est Ulysses:
hujus enim etiam illi vecordi-audacia perierunt.

Sic dixit: at ego in mente cogitavi,
stricto longo gladio, crasso a femore,
illo ei abscisum caput ad-solum dejicere,
etiamsi affinitate erat _mihi_ proximus: sed me socii
blandis verbis retinebant aliunde alius:

Jovis-alumne, hunc quidem sinemus, si tu jubes,
hic apud navemque manere, et navem custodire:
nobis autem _tu_ dux-esto sacras ad domos Circes.

Sic locuti a nave ascendebant atque mari.
Neque Eurylochus cavam apud navem relictus-est
sed sequebatur; veritus-est enim meas atroces minas.

Interea vero ceteros socios in ædibus Circe
studiose lavitque, et unxit pingui oleo;
circumjecitque inde _eis_ lænas pulcras ac tunicas:
epulantes autem bene omnes invenimus in ædibus.
Hi vero postquam se-invicem conspexere reputaruntque omnia,
flebant lugentes; circum autem gemiscebat domus.
Illa vero me prope stans allocuta-est, augustissima dearum:

[Generosissime Laertiade, sollers Ulysse,]
ne-amplius nunc uberem fletum excitetis: novi etiam ipsa
et quantos in ponto passi-estis dolores piscoso,
et quanta infesti viri damna-intulere _vobis_ in terra.
Sed agite, comedite cibum, et bibite vinum,
donec rursus animum intra præcordia receperitis,
qualem _habuistis,_ quando primum relinquebatis patriam terram
asperæ Ithacæ: nunc vero imbecilles et animo-dejecto _estis,_
semper erroris duri memores; neque unquam vobis
animus in lætitia _est,_ quippe valde multa passi-estis.

Sic dixit: nobis autem persuasus-est animus generosus.
Illic quidem diebus omnibus integrum in annum
sedebamus, epulantes carnesque copiosas et _bibentes_ vinum dulce:
sed quum jam annus esset, et circumvolverentur horæ,
[mensibus exeuntibus, ac dies longi circumacti-erant,
tunc me evocato dixerunt dilecti socii:

Mirifice, jam nunc memor-esto patriæ terræ,
si tibi fatale est servari et pervenire
domum in excelsam, et tuam in patriam terram.

[Sic dixerunt: ac mihi persuasus-est animus generosus.
Sic tum quidem toto die ad solis occasum
sedebamus, epulantes carnesque copiosas et _bibentes_ vinum dulce.
Quando vero sol occidit, et tenebræ supervenere,
illi quidem decubuerunt per ædes umbrosas.]

At ego Circes conscenso perpulcro lecto,
genibus-prensis supplex-oravi, dea vero meam exaudivit vocem;
et ipsam compellans verbis alatis allocutus-sum:

O Circe, perfice mihi promissum, quod præstitisti,
domum _te_ missuram _me;_ animus vero mihi impellitur jam,
et ceterorum sociorum, qui meum macerant carum cor,
circa me lugentes, quandocunque tu abscessisti.

Sic dixi: ac continuo respondebat augustissima dearum:
generosissime Laertiade, sollers Ulysse,

ne-amplius nunc inviti mea manete in domo:
sed aliam _vos_ oportet primum viam perficere, et pervenire
in Plutonis domos, et venerabilis Proserpinæ,
animam consulturos Thebani Tiresiæ,
vatis cæci, cujus quidem mens integra est;
cui etiam mortuo mentem præbuit Proserpina,
solus ut-sapiat, reliqui vero _ut_ umbræ volitant.

Sic dixit: at mihi confractum-est carum cor:
flebamque in lectis desidens, nec quicquam animus
volebat amplius vivere et videre lumen solis.
Ac postquam flendoque volutandoque satiatus-fueram,
tum demum ipsam verbis respondens allocutus-sum:

O Circe, quisnam hujus itineris dux-erit?
ad Orcum vero nondum quisquam pervenit nave nigra.

Sic dixi: ac continuo respondebat augustissima dearum:
generosissime Laertiade, sollers Ulysse,
minime tibi ducis desiderium apud navem curæ-sit:
malo autem erecto, et velis albis expansis,
sede: illam vero tibi flatus Boreæ feret.
Sed quando jam nave per Oceanum trajeceris,
ubi litusque fossuræ-aptum et luci Proserpinæ,
excelsæque populi, et salices frugiperdæ;
navem quidem ibi appelle in Oceano profundis-vorticibus,
ipse vero in Plutonis eas domum squalidam.
Ibi quidem in Acherontem Pyriphlegethonque fluunt
Cocytusque, qui Stygis aquæ est rivus;
rupesque _est,_ et concursus duorum fluminum sonororum:
illic autem deinde, heros, admotus prope, ut te jubeo,
fossam fode, cubitalem quantam hinc et illinc:
circa eam autem libamen funde omnibus mortuis,
primum mulso, deinde vero dulci vino,
tertium rursus aqua; ac farinam albam insperge.
Valde vero supplex-precare manium inania capita, _vovens,_
ubi-veneris in Ithacam, sterilem vaccam, quæ _sit_ optima,
_te_ sacrificaturum in ædibus, pyramque impleturum rebus-bonis:
Tiresiæ vero seorsum arietem sacrificaturum soli,
totum-nigrum, qui inter-oves excellat vestras.
Ac postquam precibus oraveris inclytas gentes mortuorum,
ibi ovem marem sacrifica, feminamque nigram,
ad Erebum versos; ipse vero seorsum aversus-esto,
contendens ad-fluvii fluenta; ibi vero multæ
animæ accedent mortuorum defunctorum.
Tum vero deinde socios hortare et jube
pecudes, quæ jam jaceant mactatæ sævo ære,
excoriatas comburere, votaque facere diis,
præpotentique Plutoni, et venerabili Proserpinæ:
ipse autem, gladio acuto stricto a femore,
sede, neu sine manium inana capita
ad-sanguinem prope accedere, antequam Tiresiam sciscitatus-
fueris.
Ibi tibi statim vates adveniet, dux populorum,
qui tibi dicat iter et mensuras viæ,
reditumque, ut per pontum proficiscaris piscosum.

Sic dixit: statim autem in-aureo-solio venit Aurora.
Mihi vero lænamque tunicamque vestimenta induit:
ipsa autem candidam pallam magnam sibi-induit Nympha,
tenuem et venustam, ac zonam circumposuit lumbis
pulcram, auream; capitique imposuit calyptram.
Atque ego per domos profectus hortabar socios,
blandis verbis, astans, virum unumquemque:

Ne-amplius nunc dormientes carpite dulcem somnum;
sed eamus: jam enim me monuit veneranda Circa.

Sic dixi: illis vero persuasus-est animus generosus.
Nequaquam tamen vel illinc incolumes abduxi socios.
Elpenor vero quidam erat minimus-natu, neque valde
fortis in bello, nec mente sua firmus,
qui mihi seorsum a-sociis, sacris in ædibus Circes,
frigoris cupiens, decubuit vino-gravatus:
moventium autem _se_ sociorum tumultu et strepitu audito,
repente exsiliit, et oblitus-est mente sua
retrorsum descendere, accedens ad scalam longam;
sed recta de-tecto decidit: atque ei cervix
ex-articulis fracta-est: anima vero ad-Orcum descendit.
Venientibus autem illis ego sermonem dixi:

Existimatis jam fere domum caram ad patriam terram
vos profecturos; aliud vero nobis iter designavit Circe,
ad Plutonis domum et venerabilis Proserpinæ,
animam consulturis Thebani Tiresiæ.

Sic dixi: illis vero confractum-est carum cor:
desidentesque illic flebant, vellebantque capillos.
Verum enim non ullus profectus fiebat lugentibus.

At quando jam ad navem celerem et litus maris
ibamus tristes, uberes lacrimas defundentes:
interea profecta Circe ad navem nigram
masculam alligavit ovem, feminamque nigram,
facile clam-prætergressa: _nam_ quis deum nolentem
oculis viderit, aut huc aut illuc vadentem?

[TR1] "im" -> "in"
[TR2] "speculam." -> "speculam,"
[TR3] "dixit" -> "dixi"
[TR4] "terram." -> "terram,"

Odysseæ XI.—Necromantia.

ARGUMENT: THE DESCENT INTO HELL.

Ulysses continues his narration. How he arrived at the land of the Cimmerians, and what ceremonies he performed to invoke the dead. The manner of his descent, and the apparition of the shades: his conversation with Elpenor, and with Tiresias, who informs him in a prophetic manner of his fortunes to come. He meets his mother Anticles, from whom he learns the state of his family. He sees the shades of the ancient heroines, afterwards of the heroes, and converses in particular with Agamemnon and Achilles. Ajax keeps at a sullen distance, and disdains to answer him. He then beholds Tityus, Tantalus, Sisyphus, Hercules; till he is deterred from further curiosity by the apparition of horrid spectres, and the cries of the wicked in torments.

TEXT:

Ac quando ad navem devenimus et mare,
navem quidem omnium-primum deduximus in mare divinum,
malumque imposuimus et vela navi nigræ;
atque inde pecudes sumtas induximus; atque etiam ipsi
inscendimus dolentes, uberes lacrimas defundentes.
Nobis vero dein pone navem cærulea-prora
secundum ventum immisit implentem-velum, bonum socium,
Circe pulcris-comis, potens dea, vocalis.
Nos autem armamentis singulis instructis per navem
sedimus; hanc vero ventusque gubernatorque dirigebat.
Hujus autem tota-die extendebantur vela per-pontum euntis;
occiditque sol, obumbrabanturque omnes viæ.

Illa vero ad fines pervenit profunde-fluentis Oceani.
Ibi autem Cimmeriorum est virorum populusque civitasque,
qui caligine et nebula tecti: neque unquam eos
Sol lucidus aspicit radiis,
nec quando vadit ad cœlum stelliferum,
nec quando rursus in terram de cœlo devertitur:
sed nox perniciosa intenditur miseris mortalibus.
Navem quidem illuc profecti appulimus; sed pecudes
extraximus; ipsi vero deinde propter fluentum Oceani
ivimus, donec in locum perveniremus, quem dixerat Circe.

Hic victimas quidem Perimedes Eurylochusque
tenebant; ego vero, gladio acuto extracto a femore,
fossam fodi, cubitalem quantam hinc et illinc:
circa eam autem libamina fundebam omnibus manibus,
primum mulso, postea vero dulci vino,
tertio rursus aqua; ac farinam albam inspergebam.
Multum autem supplex-orabam manium inania capita, _vovens_
_me_ reversum in Ithacam, sterilem bovem, quæ _sit_ optima,
sacrificaturum in ædibus, pyramque impleturum bonis-rebus;
Tiresiæ vero _me_ seorsum arietem sacrificaturum soli,
totum-nigrum, qui inter-pecudes excellat nostras.
Hos vero postquam votis precibusque, gentes mortuorum,
exoraveram, inde pecudes prehensas jugulavi
in fossam; fluebat autem sanguis ater: ac congregabantur
animæ ex Erebo manium defunctorum.
[sponsæque, cœlibesque, et multa-passi senes,
virgunculæque tenellæ, recenti-luctu-affectum animum habentes;
multi quoque vulnerati æratis hastis,
viri in-bello-occisi, cruentata arma habentes;
qui multi circa fossam obambulabant aliunde alius
immenso clamore: me vero pallidus timor cepit.]
Tum vero deinde socios adhortatus jussi,
pecudes, quæ jam jacebant mactatæ sævo ære,
excoriatas adolere, votaque-facere diis,

præpotentique Plutoni, et venerabili Proserpinæ:
ipse autem, gladio acuto stricto a femore,
sedebam, nec sinebam manium inania capita
ad-sanguinem prope accedere, priusquam Tiresiam sciscitatus-essem.

Prima vero anima Elpenoris venit socii:
nondum enim sepultus-erat sub terra spatiosa:
cadaver enim in Circes domo reliqueramus nos
indefletum et insepultum; quoniam labor alius urgebat.
Illum quidem ego flevi conspicatus, miseratusque-sum animo
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-sum:

Elpenor, quo-pacto venisti sub caliginem obscuram?
prius-venisti pedibus quam ego cum navi nigra.

Sic dixi: ille vero mihi plorans respondebat sermone:
[generosissime Laertiade, sollers Ulysse,]
læsit me dæmonis fatum malum, et copiosum vinum;
Circes autem in domo cubans non adverti
retrorsum descendere, accedens ad scalam longam,
sed recta de-tecto decidi: ac mihi cervix
ex-articulis fracta-est: anima vero ad Orcum descendit.
Nunc vero te per-eos quos post _te_ (_domi_) _reliquisti,_ oro, non præsentes,
per uxoremque et patrem, qui te nutrivit parvulum,
Telemachumque, quem unicum in ædibus reliquisti:
novi enim, quod hinc profectus e domo Plutonis
insulam in Ææam appelles fabrefactam navem:
ibi te deinde, rex, hortor recordari mei,
ne me indefletum, insepultum, profectus pone relinquas,
digressus, ne qua tibi deorum indignatio fiam:
sed me combure cum armis, quæcunque mihi sunt,
tumulumque mihi aggere cani in litore maris,
viri infelicis, etiam posteri ut-sciant:
et hæc mihi perfice, figeque in tumulo remum,
quo etiam vivus remigabam, quum-essem inter meos socios.

Sic dixit: atque ego ipsum respondens allocutus-sum:
hæc tibi, o infelix, perficiamque et præstabo.

Nos quidem sic verbis alternantes tristibus
sedebamus; ego quidem seorsum super sanguine gladium tenens,
simulacrum vero ex-altera-parte socii multa loquebatur.

Venit autem inde anima matris defunctæ,
Autolyci filia magnanimi, Anticlea,
quam vivam reliqui, profectus ad Ilium sacrum.
Hanc quidem ego flevi conspicatus, miseratusque-sum animo;
sed neque sic sinebam priorem, valde licet dolens,
ad-sanguinem prope accedere, priusquam Tiresiam sciscitatus-essem.

Venit vero inde anima Thebani Tiresiæ,
aureum sceptrum tenens: me autem agnovit et allocuta-est:

[Generosissime Laertiade, sollers Ulysse,]
cur vero, o infelix, relicto lumine solis,
venisti, ut videas manes et inamabilem locum?
verum recede a fossa, amoveque gladium acutum,
de-sanguine ut bibam, et tibi vera dicam.

Sic dixit: ego vero recondens gladium argenteis-clavis-distinctum
vaginæ infixi: is autem ut biberat sanguinem nigrum,
tum vero me verbis alloquebatur vates eximius:

Reditum quæris dulcem, splendide Ulysse;
hunc vero tibi difficilem reddet deus: non enim puto
_te_ latiturum Neptunum, qui in-te iram reposuit animo,
iratus, quod ei filium carum excæcasti.
Verum adhuc quidem vel sic, mala licet patientes, perveneritis,
si velis tuum animum cohibere et sociorum,
quando primum appuleris fabrefactam navem
Trinacriam ad-insulam, elapsus violaceum pontum:
pascentesque inveneritis boves et pingues pecudes
Solis, qui omnia videt et omnia audit.
Has si quidem illæsas sinas reditusque sis-memor,
etiam adhuc in Ithacam, mala licet patientes, perveneritis:
sin vero lædas, tum tibi prædico exitium
navique et sodalibus: ipse vero etiamsi effugeris,
sero male redibis, amissis omnibus sociis,
nave in aliena; inveniesque mala domi,
viros insolentes, qui tibi victum absumunt,
ambientes divinam uxorem, et munera-sponsalia dantes:
sed sane illorum injurias ulcisceris redux.

Ac postquam procos in ædibus tuis
interfeceris, sive dolo, sive palam, acuto ære,
proficiscere jam deinde, sumto fabrefacto remo,
donec ad illos perveneris, qui haud norunt mare
viri, nec sale conditum cibum edunt;
neque sane hi norunt naves proris-rubris,
nec fabrefactos remos, qui alæ navibus sunt.
Signum vero tibi dicam valde manifestum, nec te latebit:
quando utique tibi obviam-factus alius viator
dixerit _te_ ventilabrum habere super splendido humero,
tum vero terræ infixo fabrefacto remo,
factisque sacris pulcris Neptuno regi,
ariete, tauroque, suesque ineunte verre,
domum revertere, faciasque sacras hecatombas
immortalibus diis, qui cœlum latum tenent,
omnibus prorsus ordine: mors vero tibi ex mari ipsi
lenis admodum talis adveniet, quæ te occidat
senectute sub molli confectum: circum autem cives
felices erunt: hæc tibi vera dico.

Sic dixit: atque ego ipsum respondens allocutus-sum:
Tiresia, hæc quidem fere decreverunt dii ipsi.
Sed age mihi hoc dic et vere enarra:
matris hanc video animam defunctæ;
illa autem tacita sedet prope sanguinem, nec suum filium
ausa-est coram aspicere neque alloqui.
Dic, rex, quo-pacto me agnoscat talem esse.

Sic dixi: ille vero me respondens allocutus-est:
facile tibi verbum dicam, et in mente ponam;
quemcunque quidem sinas manium defunctorum
ad-sanguinem prope accedere, ille tibi verum dicet:
cui vero invideas, ille tibi _tacitus_ abibit retro.

Sic locuta, anima quidem abiit in domum Plutonis
Tiresiæ regis, postquam vaticinia ediderat.
At ego illic manebam constanter, donec mater
advenit, et bibit sanguinem nigrum: statim vero agnovit,
et me lugens verbis alatis allocuta-est:

Fili mi, quo-pacto venisti sub caliginem obscuram,
vivus quum-sis? difficile vero _est_ hæc viventibus videre:
[in-medio enim magni fluvii _sunt_ et gravia fluenta;
Oceanus quidem primum, quem nequaquam licet trajicere
pedibus, nisi quis habeat fabrefactam navem.]
Num nunc demum a-Troja errans huc venisti
cum-navique et sociis, longo tempore? necdum pervenisti
in Ithacam? nec vidisti in ædibus uxorem?

Sic dixit: atque ego ipsam respondens allocutus-sum:
mater mea, necessitas detulit me in Plutonis _domum,_
animam consulturum Thebani Tiresiæ.
Nondum enim prope veni Achaiam; neque aliqua nostram
terram attigi; sed semper habens ærumnam erro,
ex quo primum secutus-sum Agamemnonem divinum
Ilium ad insignem-bonis-equis, ut cum-Trojanis pugnarem.
Sed age mihi hoc dic et vere narra:
quodnam te fatum domuit longam-sternentis mortis?
utrum diuturnus morbus? an Diana sagittis-gaudens
suis mitibus telis superveniens _te_ occidit?
dic vero mihi et de-patre, et filio, quem reliqui,
utrum adhuc penes illos _sit_ meum munus, an aliquis jam
virorum alius habeat, me autem non-amplius putent rediturum.
Dic etiam mihi nuptæ uxoris consiliumque mentemque,
utrum maneat cum puero, et salva omnia custodiat;
an jam eam duxerit Achivorum quicunque optimus.

Sic dixi: ac statim respondebat veneranda mater:
et perquam illa quidem manet afflicto animo
tuis in ædibus; ærumnosæ autem ei semper
consumuntur noctesque diesque lacrimas-fundenti.
Tuum vero nondum quisquam habet pulcrum munus; sed quietus
Telemachus prædia colit, et convivia æqua
epulatur, quæ decet principem virum curare;
omnes enim invitant. Pater autem tuus illic manet
in-agro, neque in-urbem devenit: neque ei lecti _sunt_
strata et lænæ, et stragula splendida;
sed ille hieme quidem dormit, ubi servi in domo,
in pulvere prope focum; vilia vero corpore vestimenta induit;
ac quando venit æstasque, florensque anni-tempus,
undique illi per fertilem-partem horti vitiferi
ex-foliis delapsis humiles strati-sunt lectuli;
hic ille jacet dolens, magnumque in-mente dolorem auget,
tuum fatum deflens: molesta autem _eum_ insuper senectus
incessit.
Sic enim et ego perii, et fatum obii:

nec me quidem in ædibus certa-jaculatrix Diana
suis mitibus telis superveniens interemit;
neque aliquis me morbus invasit, qui maxime
tabe invisa ex-membris tollere-solet animum:
sed me tuique desiderium, tuique cura, inclyte Ulysse,
tuaque benignitas _usque memorem_ dulci animo privarunt.

Sic dixit: atque ego volebam mente cogitans
matris meæ animam prehendere defunctæ:
ter quidem aggressus-sum, amplectique _eam_ me animus jubebat:
ter autem mihi e manibus, umbræ instar vel etiam somnii,
avolavit; mihi vero dolor acutus oriebatur in-animo magis:
et ipsam compellans verbis alatis allocutus-sum:

Mater mea, cur me non manes prehendere _te_ cupientem
ut etiam in Orco,[TR1] caris manibus circumamplexi,
ambo tristi oblectemur fletu?
nunquid mihi simulacrum hoc inclyta Proserpina
immisit, ut adhuc magis lamentans ingemiscam?

Sic dixi: ac statim respondit veneranda mater:
væ mihi, fili mi, supra omnes infelix viros,
minime te Proserpina, Jovis filia, deludit,
sed hæc conditio est mortalium, quum mortui-fuerint
non enim amplius carnesque et ossa nervi habent,
sed ea quidem ignis valida vis ardentis
absumit, ubi primum reliquerit alba ossa animus:
anima vero, tanquam somnium, avolans volitat.
Sed in-lucem celerrime contende: hæc vero omnia
scito, ut etiam in-posterum tuæ dicas uxori.

Nos quidem sic verbis colloquebamur: ac mulieres
accesserunt (incitabat enim inclyta Proserpina),
quotquot optimatum uxores erant, atque filiæ;
hæ vero circa sanguinem nigrum frequentes congregabantur.
At ego consultabam, quo-pacto interrogarem singulas;
illud autem mihi in animo optimum videbatur consilium:
stricto acuto gladio crasso a femore,
non sinebam bibere simul omnes sanguinem nigrum.
Illæ vero se-excipientes accedebant; et unaquæque
suum genus enarrabat; ego vero interrogabam omnes.

Ibi nempe primam Tyro vidi nobili-patre-natam,
quæ dixit Salmonei eximii _se_ prolem esse;
dixitque Crethei _se_ uxorem esse Æolidæ;
quæ Fluvium amavit, Enipeum divinum,
qui longe pulcerrimus fluviorum super terram labitur:
et _ea_ propter Enipei versabatur pulcra fluenta.
Huic vero quum-se-assimilasset terram-cingens Neptunus,
in ostiis fluvii _ei_ accubuit vorticosi:
purpureus autem fluctus circumstitit, monti æqualis,
curvatus: absconditque deum mortalemque feminam.
[solvit autem virgineam zonam, ac somnum _ipsi_ offudit.]
Sed postquam perfecerat deus amatoria opera,
inhæsit inde ei manu, verbumque dixit et elocutus-est:

Gaude, mulier, amore _hoc;_ circumvolvente autem anno
paries inclytos liberos; quoniam haud inanes concubitus
immortalium: tu vero eos cura enutrique.
Nunc autem abi domum, et contine-te, neu memora:
at ego tibi sum Neptunus terræ-concussor.

Sic locutus, pontum subiit fluctuantem.
Illa autem gravida-facta, Peliam peperit et Neleum;
qui fortes ministri Jovis magni fuerunt
ambo: Pelias quidem in spatiosa Iolco
habitabat abundans-pecore; hic vero in Pylo arenosa.
Ceteros Cretheo peperit regina mulierum,
Æsonemque, ac Pheretem, Amythaonemque equestrem-bellatorem.

Post hanc vero Antiopen vidi, Asopi filiam;
quæ etiam Jovis gloriabatur in ulnis _se_ dormiisse;
et peperit duos filios, Amphionemque Zethumque,
qui primi Thebes sedem condidere septem-portas-habentis,
turribusque-munierunt; quia non sine-turribus poterant
habitare spatiosam Thebem, fortes licet essent.

Post hanc autem, Alcmenam vidi, Amphitryonis uxorem,
quæ Herculem invictum, animum-leonis-habentem,
peperit, in ulnis Jovis magni congressa:
et Megaram, Creontis magnanimi filiam,
quam habuit Amphitryonis filius, robore semper indomitus.[TR2]

Matremque Œdipodis vidi, pulcram Epicasten,
quæ magnum facinus commisit insipientia mentis,
nupta suo filio; ille vero suum patrem ubi-interfecerat,

eam uxorem-duxit: statim vero _hæc_ vulgata dii fecere hominibus.
Sed ille quidem in Thebe amœnissima dolores patiens,
Cadmeis imperabat, deorum dira per consilia:
illa autem abiit in Orcum validas-portas-habentem, firmum,
deligato laqueo sublimi ab alto conclavi,
suo dolori implicata: illi vero dolores reliquit pone
valde multos, quotquot matris Furiæ efficiunt.

Et Chlorin vidi perpulcram; quam olim Neleus
uxorem-duxit suam ob pulcritudinem, postquam dederat innumera sponsalia,
minimam-natu filiam Amphionis Iasidæ,
qui olim in Orchomeno Minyeo fortiter imperabat:
ea vero in-Pylo regnabat, peperitque illi inclytos liberos,
Nestoremque, Chromiumque, Periclymenumque magnanimum.
Post hos autem eximiam Pero peperit, miraculum mortalibus,
quam omnes ambiebant vicini: neque omnino Neleus
ulli dabat, qui non camuras boves latis-frontibus
e Phylace abegisset roboris Iphiclei
difficiles _abactu:_ has vero solus pollicitus-est vates eximius
Melampus abacturum _se:_ grave autem dei fatum _eum_ impedivit,
vinculaque sæva, et bubulci agrestes.
Sed quum jam mensesque et dies exacti-essent,
rursus circumvolvente anno, et advenerant horæ,
tum vero demum ipsum solvit vis Iphiclea,
vaticinia omnia elocutum: Jovis autem perficiebatur consilium.

Et Ledam vidi, illam Tyndarei uxorem,
quæ sub Tyndareo magnanimos peperit filios,
Castoremque equûm-domitorem, et pugilatu-strenuum Pollucem:
quos ambos vivos detinet alma terra;
qui etiam infra terram, honorem a Jove habentes,
modo quidem vivunt alternis-diebus, modo autem rursus
mortui-sunt: honorem vero sortiti-sunt æqualiter diis.

Post hanc autem Iphimediam, Aloei uxorem,
aspexi, quæ sane dicebat Neptuno se-congressam-esse:
et peperit duos filios (brevis autem vitæ fuerunt),
Otumque deo-parem, inclytumque Ephialten;
quos procerissimos enutrivit alma Terra,
et longe pulcerrimos, post inclytum quidem Orionem.
Novennes etenim hi etiam novem-cubitorum erant
latitudine: at longitudine erant novem-ulnarum.
Qui etiam immortalibus minabantur in Olympo
certamen allaturos _se_ tumultuosi belli:
Ossam Olympo conati-sunt imponere, at Ossæ
Pelium nemorosum, ut cœlum _ipsis_ scansile esset.
Et sane perfecissent, si ad-pubertatis mensuram pervenissent:
sed perdidit _eos_ Jovis filius, quem peperit pulcris-comis Latona,
ambos, antequam ipsis sub temporibus pili
florerent, tegerentque mentum florenti lanugine.

Phædramque, Procrinque vidi, pulcramque Ariadnen,[TR3]
filiam Minois exitiosi, quam olim Theseus
ex Creat in fœcundum-solum Athenarum sacrarum
duxit quidem, sed non potitus-est; antea vero ipsam Diana occidit
Dia in circumflua, Bacchi testimonio _damnatam._

Mæramque, Clymenamque vidi, odiosamque Eriphylen,
quæ aurum pro-suo marito accepit pretiosum.
Omnes vero non ego dixero, neque nominavero,
quotquot heroum uxores vidi, ac filias:
prius enim etiam nox abiret divina: sed et hora
dormiendi _mihi,_ sive ad navem celerem digresso ad socios,
sive hic: deductio autem diis vobisque curæ-erit.

Sic dixit: illi vero omnes muti facti-sunt silentio;
voluptateque tenebantur per ædes umbrosas.
His vero Arete candidis-ulnis exordiebatur sermonem:

Phæaces, quomodo vobis vir hic videtur esse,
formaque, magnitudineque ac mente intus æqua?
Hospes vero itidem meus est; unusquisque autem _vestrûm_ particeps-est honoris hujus:
ideo ne festinantes dimittite, neu dona
sic egenti præcidite: multa enim vobis
bona in ædibus, deorum benignitate, jacent.

Inter-hos autem et locutus-est senex heros Echeneus:
[qui Phæacum virorum maximus-natu erat:]

O amici, non utique nobis præter rem nec præter decorum
loquitur regina prudens; sed obedite:
Alcinoo autem ex ipso pendet opusque dictumque.

Huic autem rursus Alcinous respondit, dixitque:
hoc quidem ita vere stabit verbum, si ego
vivus Phæacibus navigandi-studiosis impero.
Hospes autem sustineat, valde licet reditum desiderans,
omnino jam exspectare in crastinum, donec totum
munus perficiam: deductio autem viris curæ-erit
omnibus, maxime vero mihi, cujus imperium est in populo.

Hunc autem respondens affatus-est ingeniosus Ulysses:
Alcinoe rex, omnium nobilissime civium,
si me etiam in annum jusseritis hic manere,
deductionemque apparaveritis et splendida dona dederitis,
etiam hoc mallem, et multo utilius esset,
pleniore cum manu caram in patriam pervenire;
et magis honorabilis et carior viris essem
omnibus, quotquot me in-Ithacam viderent reversum.

Huic autem rursus Alcinous respondit, dixitque:
o Ulysse, hoc quidem neutiquam te suspicamur aspicientes,
impostoremque _te_ esse et fallacem, qualiter multos
pascit terra nigra late-dispersos homines,
mendaciaque concinnantes, unde quis neque suspicaretur:
tibi vero inest quidem species verborum, inest et mens bona;
historiam vero, ut et cantor, scite enarrasti
omniumque Argivorum tuique ipsius dolores tristes.
Sed age mihi hoc dic, et accurate narra,
si quos eximiorum sociorum videris, qui una te ipsum
ad Ilium simul comitati-sunt, et illic fatum obierunt.
Nox autem hæc valde longa, immensa; neque adhuc tempus
dormiendi in ædibus: tu autem mihi dic mirifica opera.
Etiam ad auroram divinam sustinerem, quando mihi tu
sustineres in ædibus tuos dolores narrare.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
Alcinoe rex, omnium nobilissime civium,
tempus quidem multi sermonis, tempus vero et somni:
sin vero adhuc audire utique cupis, haud equidem
hæc tibi invidebo et miserabiliores alios narrare
dolores meorum sociorum, qui jam post-hæc perierunt:
qui Trojanorum quidem effugerant luctuosum bellum,
in reditu vero perierunt, malæ causa feminæ (_Helenæ_).

Ac postquam animas quidem disperserat huc illuc
casta Proserpina mulierum feminarum,
venit deinde anima Agamemnonis Atridæ
dolens; circumque aliæ congregatæ-erant, quæcunque simul cum-eo
domo in Ægisthi perierunt et fatum obierunt.
Agnovit vero statim me ille, postquam biberat sanguinem nigrum:
flebat autem is acute, uberes lacrimas destillans,
extendens ad me manus, attingere cupiens:
sed non amplius ei aderat vis firma, neque omnino potentia,
qualis quidem antea erat in flexilibus membris.
Illum quidem ego flevi conspicatus, misertusque sum in-animo,
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-sum:

Atride augustissime, rex virorum, Agamemno,
quodnam te fatum domuit longum-sternentis mortis?
utrum te in navibus Neptunus domuit,
excitato sævorum ventorum immenso flatu?
an te hostiles viri læserunt in terra,
boves abducentem atque ovium greges pulcros,
an pro urbe pugnaturum sive feminis?

Sic dixi: ille autem me statim respondens allocutus-est:
generosissime Laertiade, sollers Ulysse,
nec me sane in navibus Neptunus domuit,
excitato sævorum ventorum immenso flatu;
nec me hostiles viri læserunt in terra:
sed mihi Ægisthus quum-struxisset mortemque fatumque,
occidit, cum perniciosa uxore, ad-domum vocatum,
convivio-exceptum, uti quis occidit bovem ad præsepe.
Sic perii miserabilissima morte; circum autem alii socii
continuo occidebantur, ut sues albis-dentibus,
qui quidem _mactantur_ in locupletis viri præpotentis
aut nuptiis, aut convivio-de-symbolis, aut epulis lautis.
Jam _tu_ quidem multorum cædi virorum interfuisti,
_et_ separatim interfectorum, et in aspera pugna;
sed illa potissimum conspicatus misertus-esses animo,
ut circa craterem, mensasque plenas,
jacebamus in domo; pavimentum vero totum sanguine fluebat.
Miserabilissimam autem audivi vocem Priami filiæ,
Cassandræ, quam occidebat Clytæmnestra dolosa
propter me: at ego in terra manus elevans
jacebam moriens, ad gladium _capiendum:_ illa autem impudens
secessit, nec mihi sustinuit, eunti licet ad Orcum,
manibus oculos comprimere, atque os claudere.

Adeo non _est_ gravius et improbius aliud muliere,
quæcunque talia in mentem facinora induxerit:
quale utique et illa patravit facinus indignum,
ingenuo struens marito cædem: sane putabam quidem
gratum _me_ liberis, atque famulis meis,
domum venturum: illa vero apprime exitialia callens
sibique infamiam offudit, et futuris in-posterum
feminis mulieribus, etiam ei quæ probe-agens sit.

Sic dixit: atque ego ipsum respondens allocutus-sum:
dii boni! profecto valde genus Atrei altitonans Jupiter
vehementer odit, feminea propter consilia,
ab initio: Helenæ quidem causa periimus multi;
tibi vero Clytæmnestra dolum struxit procul absenti.

Sic dixi: ille autem me protinus respondens allocutus-est:
ideo jam nunquam etiam tu uxori quidem mansuetus sis,
neu ei sermonem totum revela, quem bene noveris:
sed aliud quidem dic, aliud vero et celatum sit.
Sed haud tibi, Ulysse, exitium erit ex uxore quidem:
valde enim sapiensque _est,_ et bene in-mente consilia novit,
filia Icarii, prudens Penelope.
Profecto quidem ipsam nuptam juvenem relinquebamus nos,
abeuntes ad-bellum; filius autem ei erat ad mamillam,
infans, qui fere nunc quidem in virorum sedet numero,
felix; certe enim eum pater carus videbit, veniens,
et ille patrem amplectetur, ut fas est.
Verum mea ne filio quidem _me_ saturari uxor
oculis permisit; prius vero me occidit et ipsum.
Aliud autem tibi dicam, tuque in mente reconde tua:
clam, neu palam, caram in patriam terram
navem appelle; quoniam non-amplius fides _est_ feminis.
Sed age mihi hoc dic, et vere narra,
sicubi adhuc viventem audiatis filium meum,
sive forte in Orchomeno, sive in Pylo arenosa,
sive forte apud Menelaum, in Sparta lata:
nondum enim fere mortuus-est in terra divinus Orestes.

Sic dixit; atque ego ipsum respondens allocutus-sum:
Atride, quid me hæc interrogas? neque quicquam scio,
vivatne ille, an mortuus-sit: malum autem vana loqui.

Nos quidem sic verbis alternantes tristibus
stabamus dolentes, uberes lacrimas defundentes.

Venit autem inde anima Pelidæ Achillis,
et Patrocli, et eximii Antilochi,
Ajacisque, qui præstantissimus erat formaque corporeque
ceterorum Danaorum, post eximium Peliden.
Agnovit autem me anima pedibus-velocis Æacidæ,
et lamentans verbis alatis _me_ allocuta-est:

Generosissime Laertiade, sollers Ulysse,
infelix, quodnam adhuc majus in mente molieris facinus?
quo-pacto ausus-es ad-Orcum descendere, ubi mortui
sensuum-expertes habitant, hominum simulacra defunctorum?

Sic dixit; atque ego ipsum respondens affatus-sum:
o Achille, Pelei fili, longe præstantissime Achivorum,
veni Tiresiæ propter vaticinium, si quod consilium
diceret, quo-pacto Ithacam ad asperam pervenirem:
necdum enim prope veni Achaiam, necdum nostram
terram conscendi, sed semper habeo mala: te vero, Achille,
nullus vir majorum beatior, nec posterorum:
antea etenim te vivum honorabamus æqualiter diis
Argivi; nunc rursus potenter imperas mortuis,
hic dum-es; ideo neutiquam mortuus tristeris, Achille.

Sic dixi: ille autem me protinus respondens allocutus-est:
ne jam mihi mortem consolare, inclyte Ulysse:
mallem rusticus esse-et mercede servire alii,
virum apud inopem, cui haud victus multus esset,
quam omnibus manibus defunctis imperare.
Sed age mihi de-filio meo generoso sermonem dic,
utrum profectus-sit ad bellum, inter-primos-pugnator ut-esset,
    an etiam non.
Dic vero mihi _etiam,_ de-Peleo eximio si quid audiveris,
utrum adhuc teneat honorem multos apud Myrmidonas,
an ipsum despiciant per Hellademque Phthiamque,
eo-quod ipsum senium occupat manusque pedesque.
Non enim ego _ei_ adjutor _sum_ sub radiis Solis,
talis ut-essem, qualis olim in Troja lata
trucidabam populum fortissimum, propugnans Argivis.
Si talis venirem vel paulisper in patris domum,
tum alicui terribiliter-ostenderem _meum_ robur et manus
    invictas,

eorum qui illum violant, arcentque ab honore.

Sic dixit; atque ego ipsum respondens allocutus-sum:
certe quidem de-Peleo eximio nihil audivi:
sed tibi de-filio quidem Neoptolemo caro
omnem veritatem dicam, ut me jubes;
ipse enim illum ego cava in nave æquali
duxi e Scyro ad bene-ocreatos Achivos.
Nempe quando circa urbem Trojam inibamus consilia,
semper primus dicebat, et non aberrabat a-dicendis:
Nestorque deo-par et ego _eum_ vincebamus soli.
At quum in campo Trojanorum pugnabamus ære,
nunquam in multitudine manebat virorum, neque in turba,
sed longe præcurrebat, suo robore nulli cedens;
multos autem viros trucidavit in aspera pugna.
Omnes vero non ego dixero nec nominavero,
quantas copias occiderit, propugnans Argivis:
sed qualem illum Telephiden interfecerit ferro,
heroem Eurypylum: multi vero circa eum socii
Cetei trucidabantur, muliebria propter dona.
Illum sane pulcerrimum vidi, post Memnonem divinum.
Ac quum in equum conscendimus, quem fabricavit Epeus,[TR4]
Argivorum principes, mihi autem omnia commissa-erant:
[et ut-aperirem densas insidias, et ut-includerem:]
hic alii Danaorum ductores ac principes
lacrimasque sibi-abstergebant, tremebantque subtus membra cujusque;
illum vero nunquam omnino ego vidi oculis
nec pallescentem corpore pulcro, neque a-genis
lacrimas abstergentem: sed _is_ mihi permultum supplicabat
ab-equo ut-exiret; gladii autem prensabat capulum,
et hastam ære-gravem, malaque Trojanis moliebatur.
Sed quando Priami urbem depopulati-sumus excelsam,
portionem et munus eximium habens, navem conscendebat
incolumis, neque eminus-ictus acuto ære,
nec cominus vulneratus; ut sæpe
fit in bello; promiscue vero furit[TR5] Mars.

Sic dixi: anima autem pedibus-celeris Æacidæ
abibat magnis passibus-gradiens per asphodelo-plenum pratum,
læta, quod ei filium dixissem insignem esse.

Ceteræ vero animæ mortuorum defunctorum
stabant mœrentes, narrabantque dolores unaquæque.
Sola autem Ajacis anima Telamonii
longe absistebat, irata propter victoriam,
qua ipsum ego vici, judicio-contendens apud naves,
de armis Achillis; proposuit autem veneranda mater.
[filii autem Trojanorum judicarunt et Pallas Minerva.]
Utinam sane non vicissem tali in certamine:
tale enim caput ob ista _arma_ terra detinuit,
Ajacem, qui præstantissimus forma et rebus-gestis fuit
ceterorum Danaorum, post eximium Peliden.
Illum quidem ego verbis alloquebar blandis:

Ajax, fili Telamonis eximii, non ergo eras
ne mortuus quidem oblíturus mihi iræ, ob arma
perniciosa? illa autem perniciem dii fecerunt Argivis.
Talis enim ipsis turris periisti: propter-te autem Achivi,
æque-ac propter-Achillis caput Pelidæ,
dolemus defunctumque usque: neque quisquam alius
in-culpa _est,_ sed Jupiter Danaorum exercitum bellicosorum
graviter oderat; tibi vero fatum imposuit.
Sed age, huc-veni, rex, ut verbum et orationem audias
nostram: doma autem iram et generosum animum.

Sic dixi: ille vero mihi nihil respondit, ibat autem ad alias
animas in Erebum mortuorum defunctorum.
Ibi tamen _me_ allocutus-fuisset quanquam-iratus, aut ego ipsum,
sed mihi volebat animus in pectore caro
ceterorum animas videre defunctorum.

Ibi quidem Minoem vidi, Jovis illustrem filium,
aureum sceptrum tenentem, jus-dicentem mortuis,
sedentem: illi vero circa ipsum causas dicebant regem,
sedentes stantesque, per amplam-portis Plutonis domum.

Post hunc autem, Orionem ingentem animadverti,
feras simul agitantem per asphodelo-plenum pratum,
quas ipse occiderat in desertis montibus,
manibus tenens clavam totam-æream, semper infragilem.

Et Tityum vidi, Terræ augustissimæ filium,
jacentem in solo; is vero per novem jacebat jugera;
duo-vultures autem ipsi utrinque assidentes jecur rodebant,
in viscera penetrantes: is autem non propulsabat manibus:

Latonæ enim vim-intulit, Jovis augustæ conjugi,
ad-Pytho eunti, per amœnum Panopeum.

Et vero Tantalum vidi, graves dolores habentem,
stantem in lacu; hic autem attingebat ad-mentum:
stabat vero sitiens; ad-bibendum autem _aquam_ non poterat capere.
Quoties enim inclinaret se senex, bibere cupiens,
toties aqua peribat absorpta: circa autem pedes
terra nigra apparebat; arefaciebat vero deus.
Arbores autem proceræ ab-alto fundebant fructum,
piri, et mali-punicæ, et mali pulcro-fructu,
ficusque dulces, et oleæ virentes:
quas quum recta-tenderet senex in manibus prehendere,
eas ventus dispellebat in nubes obscuras.

Et vero Sisyphum aspexi, duros dolores habentem,
lapidem gestantem ingentem utraque _manu._
Nempe ille quidem innixus manibusque pedibusque,
lapidem sursum pellebat ad cacumen; sed quando erat
summum superaturus, tunc _illum_ deturbabat potens-vis
retro: deinde in-solum volvebatur lapis impudens.
Verum ille rursus trudebat contendens; ac sudor
defluebat e membris, pulvis vero a capite movebatur.

Post hunc autem vidi vim Herculeam,
simulacrum; ipse vero inter immortales deos
oblectatur in conviviis, et habet pulcris-talis Heben.
[filiam Jovis magni et Junonis aureos-calceos-habentis.]
Circa autem ipsum clangor mortuorum erat, avium instar,
undique agitatorum: ille vero, obscuræ nocti similis,
nudum arcum tenens, et ad nervum sagittam,
horrendum circumspectans, semper jaculaturo similis.
Terribilis autem ei circa pectora balteus,
aureum erat lorum; ubi miranda opera inerant,
ursique, agrestesque apri, torvique leones,
præliaque, pugnæque, cædesque, homicidiaque.
Non _hoc_ fabricato aliud quid fabricaverit _is_
qui illud cingulum sua comprehenderit arte.
Agnovit autem statim ille, postquam vidit oculis,
et me lugens verbis alatis allocutus-est:

Generosissime Laertiade, sollers Ulysse,
ah miser, certe aliquod et tu malum fatum sustines,
quale ego ferebam sub radiis Solis.
Jovis quidem filius eram Saturnii; verum ærumnam
habebam infinitam: valde enim longe deteriori viro
subditus-eram; ille vero mihi graves imperabat labores;
et olim me huc misit, canem ut-ducerem: non enim aliud
existimabat hoc ullum mihi gravius fore certamen.
Eum quidem ego subduxi et traxi ex Orco:
Mercurius autem me duxit, ac cæsiis-oculis Minerva.

Sic fatus, ipse quidem rursus abiit in Plutonis domum.
At ego illic manebam constanter, si quis adhuc veniret
virorum heroum, qui jam olim perierant.
Et adhuc priores vidissem viros, quos volebam quidem:
[Theseum, Pirithoumque, deorum gloriosos filios:]
sed prius gentes congregabantur infinitæ mortuorum,
sonitu immenso; me vero pallidus timor cepit,
ne mihi Gorgonium caput horrendi monstri
ex Orco mitteret inclyta Proserpina.
Statim deinde ad navem profectus, jubebam socios
ipsosque inscendere, et retinacula solvere:
illi vero statim ingrediebantur et in transtris consedere.[TR6]
Hanc autem (_navem_) per Oceanum flumen ferebat unda fluenti,
primum quidem remigatio, postea autem optimus ventus.

[TR1] "Oroo" -> "Orco".
[TR2] "indomitus," -> "indomitus."
[TR3] "Ariadnen." -> "Ariadnen,"
[TR4] "Epeus" -> "Epeus,"
[TR5] "fuerit" -> "furit"
[TR6] "consedere" -> "consedere."

Odysseæ XII.—Sirenes, Scylla, Charybdis, boves Solis.

ARGUMENT: THE SIRENE, SCYLLA, AND CHARYBDIS.

He relates how, after his return from the shades, he was sent by Circe on his voyage, by the coast of the Sirens, and by the strait of Scylla and Charybdis: the manner in which he escaped those dangers: how, being

cast on the island Trinacria, his companions destroyed the oxen of the Sun: the vengeance that followed; how all perished by shipwreck except himself, who, swimming on the mast of the ship, arrived on the island of Calypso. With which his narration concludes.

TEXT:

  Ac postquam fluminis reliquit fluentum Oceani
navis, et pervenit ad fluctus maris Iati,
insulamque Ææam, ubi Auroræ mane-genitæ
domicilium et chori sunt, et ortus Solis:
navem quidem hic advenientes subduximus in arenas
atque et ipsi egressi-sumus in litus maris.
Hic vero dormientes exspectavimus Auroram divinam.

  Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
tum vero ego socios præmisi ad domos Circes
allaturos mortuum Elpenorem defunctum.
Stipitibusque statim cæsis, ubi summum prominebat litus,
sepeliebamus _eum_ dolentes, uberes lacrimas defundentes.
Ac postquam corpusque combustum-erat et arma mortui,
tumulo aggesto, et desuper cippo erecto,
fiximus in-summo tumulo fabrefactum remum.

  Nos quidem hæc singula administrabamus: neque inde Circen
ex Orco regressi latuimus, sed valde celeriter
venit, quum-se-parasset: una autem ancillæ ferebant cum-ipsa
panem et carnes multas, et ignitum vinum rubrum.
Et in medio stans dixit augustissima dearum:

  Miseri, qui viventes subiistis domum Plutonis
bis-morientes, quando alii semel moriuntur homines.
Verum agite, edite cibum et bibite vinum
hic toto-die; simul autem cum aurora illucescente
navigabitis: atque ego monstrabo viam, ac singula
significabo; ut ne-quid malo-consilio damnoso
aut _in_ mari, aut in terra, doleatis damnum passi.

  Sic dixit: nobis vero rursus persuasus-est animus generosus.
Sic tunc quidem toto-die, ad solis occasum,
sedebamus, epulantes carnesque copiosas et _bibentes_ vinum dulce.
Quando vero sol occidit, et tenebræ supervenere,
illi quidem decubuerunt juxta retinacula navis;
hæc vero me manu prehensum, dilectis seorsum a-sociis,
sedere-fecit et accubuit et interrogavit singula:
atque ego ei omnia ordine recensui.
Tum vero me verbis alloquebatur veneranda Circe:

  Hæc quidem sic omnia peracta-sunt: tu vero audi,
ut tibi ego dicam; recordari autem te faciet etiam deus ipse:
Ad-Sirenas quidem primum pervenies, quæ quidem omnes
homines deliniunt, quicunque ad-eas pervenerit.
Quisquis imprudentia appulerit, et vocem audierit
Sirenum, huic neutiquam uxor et infantes liberi
domum reverso astant, neque lætantur:
sed Sirenes arguto deliniunt cantu,
sedentes in prato: magnus vero circum ossium acervus
virorum putrefactorum, circumque cutes tabescunt.
Sed præternavigato: verum aures obline sociorum,
cera subacta dulci, ne-quisquam audiat
ceterorum; at _tu_ ipse audire si velis,
liganto tibi in navi veloci manusque pedesque,
erecto ad basem-mali; ex ipso autem funes alligantor,
ut cum-voluptate vocem audias Sirenum.
Si vero rogaveris socios, solvereque jubeas,
illi te adhuc in pluribus tum vinculis illiganto.

  Ac postquam has præternavigarint socii,
tum tibi non-amplius deinceps continuo dicam,
utra demum tibi via futura-sit; sed et ipse
animo considera: dicam vero tibi _quæ sint viæ_ utrinque.
Hinc enim petræ imminentes: ad eas autem
fluctus ingens rauce-sonat cærulea-facie Amphitritæ:
Planctas (_erraticas_) vero hasce diis beati vocant.
Hac quidem nec volucres prætervolant, nec columbæ
timidæ, quæ ambrosiam Jovi patri ferunt;
sed etiam ex-iis _aliquam_ semper abripit lævis petra;
verum aliam summittit pater, ut-in-numero sit.
Hac vero nondum ulla navis effugit virorum, quæ accesserit,
sed pariter tabulataque navium, et corpora virorum
fluctus maris auferunt ignisque perniciosi procellæ.
Sola vero illa præternavigavit mare-transiens navis,
Argo omnibus-celebrata, ab Æeta navigans:
et sane illam ibi cito _fluctus_ conjecissent magnas ad petras:
sed Juno _eam_ præterire-fecit, quoniam _ipsi_ carus erat Iason.

Duo vero _sunt_ scopuli: hic quidem cœlum latum attingit[TR1]
acuto vertice, nubes autem ipsum circumdat
obscura: quod quidem nunquam cessat, neque unquam serenitas
illius tenet verticem, neque in æstate, neque in autumno:
neque ascenderit mortalis vir, nec descenderit,
ne si quidem illi manusque viginti et pedes essent:
petra enim lævis est, circumcirca-politæ similis.
Medio autem in scopulo est spelunca obscura,
versus occasum, ad Erebum conversa; qua vos
navem cavam præteragatis, splendide Ulysse.
Neque ex navi cava juvenis vir
arcu jaculatus, ad-cavam speluncam perveniret.
Hic autem Scylla inhabitat, terribiliter vociferans:
ejus nempe vox quidem, quanta catuli recens-nati,
oritur; ipsa vero monstrum malum: nec quisquam eam
lætaretur conspicatus, nec si deus obviam-veniret.
Hujus etenim pedes sunt duodecim omnes anteriores:
sex autem ei colla prælonga; in unoquoque vero
horrendum caput, insunt autem triplici-ordine dentes,
densi et frequentes, pleni atræ mortis.
Media quidem per speluncam cavam immergitur:
extra vero exserit capita ex-horrendo barathro;
illic autem piscatur scopulum circumlustrans
delphinasque, canesque, et sicubi majorem capere possit
cetum, quos innumeros alit sonora Amphitrite.
Huic autem nondum-unquam nautæ illæsi glorantur
se-effugisse cum nave; aufert vero capite unoquoque
virum abreptum ex-nave cæruleam-proram-habente.

At alterum scopulum humiliorem videbis, Ulysse:
prope _sunt_ se invicem; et jaculo-attingeres.
In hoc autem caprificus est magnus, foliis florens:
sub eo vero divina Charybdis absorbet nigram aquam.
Ter etenim eructat quotidie, ter vero resorbet
horrendum; ne tu ibi forte-sis, quando absorbet;
non enim liberarit te ex malo vel Neptunus.
Sed valde Scyllæ scopulo prope-admotus, celeriter
navem præterage; quoniam longe satius est,
sex socios in navi desiderare, quam simul omnes.

Sic dixit: atque ego ipsam respondens allocutus-sum:
age vero jam mihi hoc, dea, vere dic,
si quo-pacto perniciosam quidem subterfugerim Charybdin,
illam autem (_Scyllam_) propulsem, quando mihi lædet socios?

Sic dixi: ac statim respondit augustissima dearum:
infelix; et adhuc tibi bellica opera curæ-sunt
et labor; ne diis quidem cedes immortalibus?
Illa vero tibi non mortalis, sed immortale malum est,
graveque, difficileque, et immane, neque expugnabile:
neque ullum est præsidium; fugere optimum _est_ ab illa.
Si enim cuncteris, arma-induens ad petram,
vereor ne te denuo impetu-facto consequatur
tot capitibus, totque viros abripiat.
Sed valde celeriter præternaviga; voca autem Cratæin,
matrem Scyllæ, quæ ipsam peperit perniciem hominibus:
quæ eam deinde compescet denuo ne-irruat.

Thrinacriam vero ad insulam pervenies; ibi autem multæ
pascuntur Solis boves et pingues pecudes,
septem boum armenta, totque ovium greges pulcri,
quinquagenorum vero singuli: propagatio autem non fit ipsarum,
neque unquam moriuntur: deæ vero pastores sunt,
Nymphæ pulcris-comis, Phaethusaque, Lampetieque,
quas peperit Soli Hyperioni divina Neæra.
Has quidem ut-educarat pepereratque veneranda mater,
Thrinacriam in insulam ablegavit, procul ut-habitarent,
oves custoditum paternas, et camuras boves.
Eas si quidem illæsas sinas, reditusque memor-sis,
sane adhuc in Ithacam, mala licet patientes, perveneritis:
sin vero lædas, tum tibi prædico exitium
navique et sodalibus: ipse vero si quidem effugias,
sero male redibis, amissis omnibus sociis.

Sic dixit: statim vero in-aureo-solio venit Aurora.
Ipsa quidem deinde per insulam abiit augustissima dearum:
sed ego ad navem profectus hortabar socios,
ipsique ut-inscenderent, et retinacula solverent.
Illi vero statim ingrediebantur, et in transtris consedere.
[ordine vero sedentes canum mare verberabant remis.]
Nobis autem dein pone navem cærulea-prora
secundum ventum misit implentem-vela, bonum socium,
Circe pulcris-comis, potens dea, vocalis.
Continuo vero armamentis omnibus ordinatis per navem
sedimus; hanc autem ventusque gubernatorque dirigebant.
Tum vero ego socios alloquebar, dolens corde:

O amici, non enim oportet unum scire, nec duos solos,
vaticinia, quæ mihi Circe dixit, augustissima dearum;
sed dicam quidem ego, ut scientes vel moriamur,
vel elapsi mortem et fatum effugiamus.
Sirenum quidem primum jubet divinarum
vocem evitare, et pratum floridum:
solum me jubebat vocem audire: sed me vinculo
ligate in duro (ut firmiter illic maneam),
erectum ad basem-mali: ex ipso autem funes alligantor.
Si vero orem vos, solvereque jubeam,
vos tamen pluribus tum in vinculis _me_ constringite.

Nempe ego hæc singula dicens sociis declarabam:
interea autem celeriter venit navis fabrefacta
ad-insulam Sirenum: urgebat enim ventus innoxius.
Statim deinde ventus quidem quievit, ac tranquillitas
erat sine-vento; sopiverat autem fluctus deus.
Surgentes vero socii navis vela complicarunt,
et ea quidem in navi cava collocarunt: ipsi autem ad remos
sedentes, dealbabant aquam politis abietibus.
At ego ceræ magnam massam-rotundam acuto ære
minutatim dissectam manibus validis premebam:
statim vero calefiebat cera, nam urgebat magna vis,
Solisque splendor, Hyperionidæ regis:
ordine vero sociis in aures omnibus illevi.
Illi autem in navi me ligarunt, simul manusque pedesque,
erectum ad basem-mali; ex eo autem funes alligarunt:
ipsi vero sedentes canum mare verberabant remis.
Sed quando tantum aberamus, quantum auditur _aliquis_ clamans,
celeriter urgentes: illas non latuit velox-per-mare navis
prope impulsa: argutum vero exordiebatur cantum:

Huc age profectus, laudatissime Ulysse, magnum decus Achivorum,
navem siste, ut nostram vocem audias.
Non enim unquam aliquis præteregit nave nigra,
priusquam nostram melleam ab oribus vocem audisset:
verum ille delectatus abit, et plura sciens.
Scimus etenim omnia, quæcunque in Troja lata
Argivi Trojanique deorum voluntate pertulerunt:
scimus etiam, quæcunque fiunt in terra alma.

Sic dixerunt, emittentes vocem pulcram; ac meum cor
volebat audire, solvereque _me_ jubebam socios,
superciliis innuens; illi autem procumbentes remigabant.
Statim vero surgentes Perimedes Eurylochusque,
pluribus me in vinculis ligabant, magisque premebant.
Ac postquam illas præterierant neque amplius deinde
vocem Sirenum audiebamus, neque cantum,
continuo ceram sibi-demserunt mei dilecti socii,
quam ipsis in auribus illeveram, meque e vinculis resolvere.

Sed quando jam insulam reliquimus, statim deinde
fumum et magnum fluctum vidi, et fragorem audivi:
his autem timentibus ex manibus excidere remi;
insonuerunt vero omnes per fluctum; sistebatur autem illic
navis, quoniam non amplius remos longos manibus urgebant.
At ego per navem vadens hortabar socios
blandis verbis, astans, virum-quemque:

O amici, nequaquam enim malorum inexperti sumus:
non quidem jam hoc majus imminet malum, quam quum Cyclops
clauderet _nos_ in spelunca cava, forti violentia:
sed et illinc mea virtute, consilioque, prudentiaque
effugimus; et aliquando horum recordaturos _vos_ puto.
Nunc vero agite, uti ego dixero, pareamus omnes.
Vos quidem remis maris fluctus profundos
verberate, transtris insidentes, si forte Jupiter
det hanc saltem mortem effugere et evitare.
Tibi vero, gubernator, hoc præcipio; sed in animo
reconde, quoniam navis cavæ gubernacula regis:
hunc quidem fumum et fluctum extra dirige
navem: tu vero scopulum observa, ne te lateat _navis_
illinc evagata, et in malum nos conjicias.

Sic dixi: illi vero celeriter meis verbis paruerunt.
Scyllam autem non commemorabam, immedicabile malum,
ne qua mihi veriti cessarent socii
a-remigatione, intraque constiparent se ipsos.
Et tum sane Circes quidem mandati tristis
obliviscebar, quoniam neutiquam me jussit armari:
at ego indutus inclyta arma, et duabus hastis
longis in manus sumtis, ad tabulata navis ascendebam
in-prora; inde enim ipsam exspectabam primum apparituram
Scyllam petrosam, quæ meis ferebat damnum sociis.
Neque usquam videre potui; lassati-erant autem mihi oculi

undique circumspectanti ad obscuram petram.

Nos vero angustias transvehebamur flentes:
ab-altera-parte enim Scylla _erat,_ ab-altera autem divina Charybdis
horrendum absorbuit maris salsam aquam.
Nempe quum evomebat, lebes sicut in igne multo,
tota immurmurabat conturbata; in-altum autem aspergo
summis scopulis utrisque incidebat.
Sed quum sorbebat maris salsam aquam,
tota intus apparebat conturba: circum vero petram
horrendum mugiebat: infra autem terra apparebat
cum-arena cærulea: illos vero pallidus timor cepit.
Nos quidem hanc aspiciebamus, veriti interitum;
interea autem mihi Scylla cava ex navi socios
sex abstulit, qui manibusque viribusque optimi erant.
Conspicatus autem in navem velocem simulque ad socios,
jam horum animadverti pedes et manus superne
in-altum sublatorum; me vero compellabant vocantes
nominatim, tunc sane postremo, dolentes corde.
Ut autem quum in scopulo-projecto piscator prælonga virga
piscibus minutis per dolum escam objiciens,
in pontum demittit bovis cornu agrestis,
palpitantemque deinde correptum projicit foras:
sic illi palpitantes tollebantur ad petras:
illic autem in foribus _eos_ devorabat _Scylla_ clamantes,
manus mihi porrigentes in gravi calamitate.
Miserabilissimum vero illud meis vidi oculis
omnium, quæcunque passus-sum vias maris perlustrans.

Ac postquam petras effugeramus, horrendamque Charybdin
Scyllamque, statim deinde dei ad eximiam insulam
pervenimus: ibi autem erant pulcræ boves latis frontibus:
multæque pingues pecudes Hyperionis _filii,_ Solis.
Tum vero ego adhuc in-mari versans, in navi nigra,
mugitumque audivi boum stabulantium,
oviumque balatum; et mihi sermo incidit animo
vatis cæci, Thebani Tiresiæ,
Circesque Ææ, quæ mihi plurimum præcipiebat
insulam ut-vitarem homines-oblectantis Solis.
Tum vero ego socios alloquebar, dolens corde:

Audite meos sermones, mala quamvis patientes, socii,
ut vobis dicam vaticinia Tiresiæ,
Circesque Ææ, quæ mihi plurimum præcipiebat,
insulam ut-vitarem homines-oblectantis Solis;
ibi enim gravissimum malum fore nobis dicebat:
sed præter hanc insulam agite navem nigram.

Sic dixi; illis autem confractum-est carum cor.
Statim vero Eurylochus molesto mihi respondit sermone:

Crudelis es, Ulysse; abundat tibi robur, nec quicquam membris
defatigaris; profecto utique tibi omnia ferrea sunt,
qui quidem socios, labore defatigatos, atque etiam somno _domitos,_
non sinis terram conscendere: ubi demum
insula in circumflua lautam paraverimus cœnam:
sed sic per noctem celerem errare jubes,
ab-insula divagatos, in obscuro ponto.
E noctibus autem venti graves, pernicies navium,
oriuntur: quanam quis effugerit sævum exitium,
si forte repente ingruerit venti procella,
sive Noti, sive Zephyri graviter-spirantis, qui potissimum
navem disperdunt, diis invitis regibus?
Verum sane nunc quidem pareamus nocti nigræ,
cœnamque apparemus, celerem apud navem manentes:
mane autem conscensam _navem_ immittemus lato ponto.

Sic dixit Eurylochus; comprobarunt autem ceteri socii.
Et tunc agnoscebam, quod jam mala moliebatur deus;
et illum compellans, verbis alatis allocutus-sum:

Euryloche, profecto valde jam me urgetis, solus quum-sim:
sed age, nunc mihi omnes jurate firmum jusjurandum:
si quod aut boum armentum, aut gregem magnum ovium
inveniamus, ne ullo-modo quis insipientia mala
aut bovem, aut etiam pecudem occidat: sed quiete
comedite cibum, quem immortalis præbuit Circe.

Sic dixi: illi autem protinus abjurabant, ut jussi.
Ac postquam jurarant peregerantque jusjurandum,
constituimus in portu cavo fabrefactam navem,
prope aquam dulcem; et egressi-sunt socii
e-navi, deinde autem cœnam scite appararunt.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,

recordati deinde caros flebant socios,
quos devoraverat Scylla, cava ex navi ereptos:
flentibus autem iis supervenit dulcis somnus.
Quando vero tertia-pars noctis erat, et astra transierant,
immisit vehementem ventum nubes-cogens Jupiter
turbine _cum_ ingenti; ac nubibus cooperuit
terram simul et pontum: ingruit autem de-cœlo nox.
Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
navem quidem subduximus, in-cavum specum intro-tractam;
ubi erant Nympharum pulcri chori ac sedilia:
et tum ego, concione instituta, inter omnes dixi:

O amici, in navi enim celeri cibusque potusque
est; verum a-bobus abstineamus, ne-quid patiamur;
gravis enim dei hæ boves _sunt_ et eximiæ pecudes,
Solis, qui omnia inspicit, et omnia audit.

Sic dixi; illis vero persuasus-est animus generosus.
Mensem autem integrum perpetuus flabat Notus, nec ullus alius
oriebatur inde ventorum, nisi Eurusque Notusque.
Illi autem, quamdiu quidem panem habebant et vinum rubrum,
tamdiu a-bobus abstinebant, cupientes victus.
Sed quum jam e-navi absumta-essent viatica omnia,
tum demum prædam sequebantur palantes necessitate,
pisces, avesque, caras quodcunque in-manus venisset,
uncis hamis: vexabat vero ventrem fames.
Tum vero ego per insulam secessi, ut diis
supplicarem, si quis mihi viam monstraret[TR2], ut-redirem.
Sed quum jam per insulam profectus declinassem a-sociis,
manibus lotis, ubi receptus erat a-vento,
supplicabam omnibus diis, qui Olympum habitant;
hi vero inde mihi dulcem somnum palpebris infudere.
Eurylochus autem sociis mali auctor exstitit consilii:

Audite meos sermones, mala quamvis patientes, socii:
omnes quidem invisæ _sunt_ mortes miseris mortalibus,
fame vero miserrimum _est_ mori et fatum consequi.
Sed agite, Solis boum abactis optimis,
sacrificabimus immortalibus, qui cœlum latum habitant.
Si vero in Ithacam pervenerimus, patriam terram,
statim Soli Hyperioni opulentum templum
struemus; et imponemus donaria multa et pretiosa;
sin autem aliquantum iratus ob-boves erectis-cornibus,
navem velit perdere, suffragenturque dii ceteri,
malo semel ad fluctus hians animam perdere
quam diu tabescere, manens in insula deserta.

Sic dixit Eurylochus; comprobabant vero ceteri socii.
Statim autem Solis ex-bobus quum-abegissent optimas
e-propinquo: non enim longe a-nave cærulea-prora
pascebantur camuræ pulcræ boves, latis-frontibus:
has circumstabant, et vota-faciebant diis,
foliis decerptis teneris quercus alte-comantis:
non enim habebant hordeum album bene-tabulata in navi.
Ac postquam precati-erant et mactarant et excoriarant,
femoraque exsecuere, et adipe cooperuerunt,
eam duplicantes, superque ipsis frusta-cruda-posuere;[TR3]
neque habebant vinum ad-libandum super ardentibus sacris
sed aqua libantes assabant intestina omnia.
Ac postquam femora exusta-erant, et _ipsi_ viscera gustarant,
minutatimque secuere cetera, et verubus transfixere.

Et tunc mihi palpebris excidit suavis somnus:
profectusque-sum ire ad navem velocem et litus maris.
Sed quum jam prope essem profectus navem utrinque-recurvam,
tunc mihi nidoris obvenit dulce flamen:
ejulans vero deos ad immortales clamavi:

Jupiter pater, ac ceteri beati dii sempiterni,
profecto me valde in damnum sopivistis sævo somno;
socii vero magnum facinus moliti-sunt manentes.

Velox autem Soli Hyperioni nuntia venit
Lampetie peplum-trahens, quod ei boves mactavimus nos.
Statim autem _is_ inter-immortales dixit, iratus-corde:

Jupiter pater, ac ceteri beati dii sempiterni,
fac luere jam socios Laertiadæ Ulyssis,
que meas boves occiderunt superbe: quibus ego
gaudebam quidem profectus in cœlum stellatum,
et quando retro ad terram e cœlo revertebar.
Si vero mihi non luent boum condignam retributionem,
descendam in Orcum, et inter mortuos lucebo.

Hunc autem respondens allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
Sol, sane tu quidem inter immortales luceto

et mortales homines super almam terram:
horum autem ego cito navem celerem candenti fulmine
minutatim ictam diffidero, medio in nigro ponto.

Hæc vero ego audivi a-Calypsone pulcris-comis:
illa autem dixit a-Mercurio internuntio se-ipsam audivisse.

Ac postquam ad navem perveneram et mare,
objurgabam aliunde alium astans, neque ullum remedium
invenire potuimus: boves enim mortuæ-erant jam.
Eis autem continuo deinde dii prodigia ostendebant:
serpebant quidem pelles, carnes autem circum verua mugiebant,
assæque et crudæ; boum vero quasi fiebat vox.

Sex-diebus quidem deinde mei dilecti socii
epulabantur Solis de-bobus abigentes optimas:
sed quando jam septimum diem Jupiter induxit Saturnius,
tum vero deinde ventus quidem desiit turbine sævire:
nos autem statim conscensam _navem_ immisimus lato mari,[TR4]
malo erecto, ac velis albis expansis.

Verum ubi jam hanc insulam reliqueramus, nec ulla alia
apparebat terrarum, sed cœlum atque mare,
tum vero cæruleam nebulam statuit Saturnius
navem super cavam; obscuratusque-est pontus ab ipsa.
Ea autem currebat haud valde multum in tempus; statim enim venit
stridens Zephyrus, magno cum turbine furens:
mali autem rudentes rupit venti procella
ambos; malus vero retro cecidit, armamentaque omnia
in sentinam decidere: is autem in puppi navis
percussit gubernatoris caput, atque ossa confregit
omnia simul capitis; ille vero urinatori similis
decidit a tabulatis, reliquitque ossa animus generosus.
Jupiter autem crebro intonuit, et injecit navi fulmen;
ea autem contorta-est tota, Jovis icta fulmine;
ac sulphure impleta-est: ceciderunt vero e navi socii.
Illi autem cornicibus _marinis_ similes circa navem nigram
in-fluctibus ferebantur: deus vero _iis_ auferebat reditum.

At ego per navem incedebam, donec latera
solvit fluctuum-impetus a-carina; eam vero inermem ferebat unda.
Effregit autem ei malum usque-ad carinam; ac super ipso
lorum inditumlorum inditum-erat, bovis corio factum.
Hoc utique colligabam utrumque, pariter carinam atque etiam malum;
sedens autem super his, ferebar a-perniciosis ventis.

Tum sane Zephyrus quidem desiit turbine furere:
supervenit autem Notus cito, ferens meo dolores animo,
ut iterum istam perniciosam remetirer Charybdin.
Totam-per-noctem ferebar; simul autem cum-sole oriente
veni ad Scyllæ scopulum, horrendamque Charybdin.
Hæc quidem absorpsit maris salsam aquam;
at ego ad proceram caprificum alte levatus,
ei adhærens tenebar, veluti vespertilio; nec usquam potui
neque hærere pedibus firmiter, neque ascendere.
Radices enim longe erant, alte-remoti autem erant rami,
longique magnique; obumbrabant vero Charybdin.
Continenter autem hærebam, donec evomeret retrorsum
malum et carinum rursus; cupienti autem mihi advenit
tandem: quando autem ad cœnam vir e-foro surgit,
judicans lites multas litigantium juvenum,
tunc demum hæc ligna e-Charybdi apparebant.
Demisi vero ego desuper pedes et manus, ut-ferrer;
in-medium autem cum-sonitu-incidi præter prælonga ligna,
sedensque super his remigavi manibus meis.
[Scyllam autem non-amplius sivit pater hominumque deûmque
aspicere _me:_ non enim effugissem altam perniciem.]

Inde autem per-novem-dies ferebar: decima autem me nocte
insulam in Ogygiam appulerunt dii, ubi Calypso
habitat pulcris-comis, potens dea, vocalis;
quæ me amiceque-excipiebat, fovebatque. Quid tibi hæc enarrem?
jam etenim heri enarrabam in domo
tibique et præstanti uxori: odiosum vero mihi est
rursum luculenter dicta enarrare.

[TR1] "attingi" -> "attingit"
[TR2] "montraret" -> "monstratet"
[TR3] "frustra-cruda-posuere" -> "frusta-cruda-posuere"
[TR4] "mari." -> "mari,"

Odysseæ XIII.—Ulyssis discessus a Phæacibus et adventus in Ithacam.

ARGUMENT: THE ARRIVAL OF ULYSSES IN ITHACA.

Ulysses takes his leave of Alcinous and Arete, and embarks in the evening. Next morning the ship arrives at Ithaca; where the sailors, as Ulysses is yet sleeping, lay him on the shore with all his treasures. On their return, Neptune changes their ship into a rock. In the meantime Ulysses, awaking, knows not his native Ithaca, by reason of a mist which Pallas had cast around him. He breaks into loud lamentations; till the goddess appearing to him in the form of a shepherd, discovers the country to him, and points out the particular places. He then tells a feigned story of his adventures, upon which she manifests herself, and they consult together of the measures to be taken to destroy the suitors. To conceal his return, and disguise his person the more effectually, she changes him into the figure of an old beggar.

TEXT:

Sic dixit: illi autem omnes obmutuerunt silentio;
oblectationeque tenebantur per ædes umbrosas.
Huic autem vicissim Alcinous respondit dixitque:

O Ulysse, quandoquidem venisti meam ad ære-fundatam domum,
altam, eo te neutiquam iterum-errantem puto
rediturum-esse, etsi valde multa passus-es.
Vestrum autem viro unicuique præcipiens hæc dico,
quotquot in ædibus honorarium nigrum vinum
semper bibitis meis, auditisque cantorem:
vestes quidem jam hospiti bene-polita in arca
jacent, et aurum multa-arte-elaboratum, aliaque omnia
dona, quæcunque Phæacum consiliarii huc attulerunt:
verum age, ei demus tripodem magnum ac lebetem,
viritim; nos autem rursus congregati in populo
rependemus: grave enim uni _fuerit_ de-suo-totum præbere.

Sic dixit Alcinous; illis vero placebat sermo.
Ii quidem decubituri abierunt domum unusquisque.
Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
ad-navem inde properabant, ferebantque viros-honestans æs:
et hæc quidem bene deposuit sacra vis Alcinoi,
ipse vadens per navem, sub transtris, ne quem sociorum
læderent impellentium, quando incumberent remis.
Illi autem ad Alcinoi _domum_ iverunt et convivium curabant.

Inter hos autem bovem mactavit sacra vis Alcinoi
Jovi atras-nubes-cogenti Saturnio, qui omnibus imperat.
Femoribus autem assatis, epulabantur illustres epulas
oblectantes-sese: inter ipsos vero modulabatur divinus cantor,
Demodocus, a-civibus honoratus. At Ulysses
sæpe ad solem caput vertebat splendidum,
ut-occideret expetens; jamdudum enim cupiebat reverti.
Sicut autem quum vir cœnam concupiscit, cui toto-die
per novale traxere duo-boves nigri compactum aratrum;
optato autem huic occidit lumen solis,
cœnam ut-obeat; affliguntur vero genua eunti:
sic Ulyssi gratum occidit lumen solis.
Statim autem inter-Phæacas remigii-studiosos locutus-est,
Alcinoo autem maxime loquens dixit sermonem:

Alcinoe rex, omnium illustrissime civium,
mittite me, postquam-libaveritis, illæsum; valete vero ipsi:
jam enim perfecta-sunt, quæ mihi carus volebat animus,
deductio et cara dona, quæ mihi dii cœlestes
fortunata faciant: eximiam autem domi uxorem
utinam reversus inveniam, cum incolumibus amicis.
Vos autem hic manentes oblectetis uxores
ingenuas et liberos; dii vero virtutem dent
omnigenam, et ne-quod malum in-populo sit.

Sic dixit: illi vero omnes collaudabant, et jubebant
deduci hospitem, quum decenter locutus-esset.
Ac tum præconem allocuta-est vis Alcinoi:

Pontonoe, cratere mixto, merum distribue
omnibus per domum, ut precati Jovem patrem,
hunc hospitem deducamus suam in patriam terram.

Sic dixit: Pontonous vero dulce vinum miscebat:
distribuitque inde omnibus astans: illi autem diis
libarunt beatis, qui cœlum latum habitant,
indidem ex sedibus. Surrexit vero divinus Ulysses,
Aretæque in manibus posuit poculum duplex,
et ipsam compellans verbis alatis allocutus-est:

Vale mihi, o regina, in-perpetuum, donec senectus
venerit, et mors, quæ quidem hominibus accidunt.
At ego proficiscor: tu vero delectare hac in domo
liberisque, et civibus, et Alcinoo rege.

Sic fatus, super limen ibat divinus Ulysses.
Cum-eo autem una præconem misit vis Alcinoi,
ut-duceret ad navem velocem et litus maris:
Arete autem cum-eo famulas simul misit mulieres;
alteram quidem chlamydem habentem bene-lotam ac tunicam,
alteram autem, arcam bene-munitam una misit ut portaret;
alia iterum panemque ferebat et vinum rubrum.

Ac postquam ad navem pervenerant et mare,
statim hæc in navi cava comites strenui
accepta deposuerunt, potum et cibum omnem:
at Ulyssi stravere vestemque-stragulam linteumque,
navis in tabulatis cavæ, ut tranquille dormiret,
in-puppi: conscendit autem et ipse, et decubuit
silentio: illi autem consedere in transtris unusquisque
ordine; retinaculumque solverunt a perforato lapide.
Ibi illi reclinati torquebant mare remo:
et huic suavis somnus in palpebras incidit,
altus, jucundissimus, morti proxime similis.
Illa autem, sicut in campo quadrijuges masculi equi,
omnes simul incitati sub verberibus scuticæ,
alte elevati, perniciter conficiunt viam:
sic inde hujus puppis quidem tollebatur, fluctus autem pone
niger magnus ruebat sonori maris.
Hæc autem valde tute currebat firmiter; neque accipiter
circus assecutus-fuisset, pernicissimus volucrum:
sic illa celeriter currens maris fluctus secabat,
virum ferens, diis paria consilia habentem:
qui antea quidem multos passus-erat dolores suo in animo,
virorumque bella, sævosque fluctus transiens;
tunc vero placide dormiebat, oblitus _eorum_ quanta passus-fuerat.

Quando stella super-institit lucidissima, quæ maxime
venit nuntians lumen Auroræ mane-genitæ:
tum demum insulæ appropinquabat pontum-transiens navis.

Phorcynis autem quidam est portus, marini senis,
in agro Ithacæ; duo vero projecta in ipso _sunt_
litora abrupta, in-portum vergentia:
quæ a-ventis defendunt graviter-flantibus magnum fluctum
extra; intus vero sine vinculo manent
naves bene-tabulatæ, quando portus spatium intraverint.
At in vertice portus patulis ramis-oliva _est:_
prope autem ipsam, antrum amœnum, obscurum,
sacrum Nympharum, quæ Naiades vocantur.
Intus vero crateresque et amphoræ sunt
lapideæ: ibi autem subinde mellificant apes.
Intus _sunt_ et juga lapidea prælonga, in-quibus Nymphæ
pallia texunt purpurea, mirabile visu:
intus et aquæ perpetuo-fluentes. Duæ autem ei fores sunt;
hæ quidem ad Boream, permeabiles hominibus,
illæ autem ad Notum sunt, diviniores: neque omnino illac
homines intrant, sed immortalium via est.

Huc illi _navem_ adegerunt, _locum_ prius scientes: ea quidem postea
terræ appulsa-est, quantum ad dimidium totius,
concitata; talium enim impellebatur manibus remigum.
Illi autem ex navi egressi bonis-transtris-instructa in-terram
primum Ulyssem cava ex navi sustulerunt,
ipso cumque linteo et stragulis splendidis;
atque in area deposuerunt, oppressum somno:
extulerunt autem bona, quæ ei Phæaces illustres
dederant domum eunti, propter magnanimam Minervam.
Et ea quidem inde ad imum olivæ conferta posuerunt
extra viam, ne forte quis viatorum hominum,
antequam Ulysses expergisceretur, aggressus _ea_ violaret:
ipsi vero rursus domum redibant. Neque Neptunus
obliviscebatur minarum, quas deo-pari Ulyssi
primum minatus-erat, Jovis autem expetebat consilium:

Jupiter pater, haud-amplius ego inter immortales deos
honoratus ero, quum me _vel_ mortales minime honorant,
Phæaces, qui sane a-mea oriundi sunt stirpe.
Etenim nunc Ulyssem putabam mala multa passum
domum venturum; reditum vero illi nunquam auferebam
penitus, quoniam tu primum promisisti et annuisti.
Hi autem dormientem in navi veloci super pontum vehentes
deposuerunt in Ithaca, dederuntque ei immensa dona,
æsque, aurumque abunde, vestemque textilem,

multa, quot nunquam Troja extulisset Ulysses,
si incolumis venisset, sortitus de præda portionem.

Hunc autem respondens affatus-est nubes-cogens Jupiter:
papæ! Neptune late-potens, quale _hoc_ dixisti!
nequaquam te despiciunt dii; grave vero esset,
antiquissimum et præstantissimum ignominia prosequi.
Hominum autem si quis te viribus et robori _suo_ obsequens
non honorat, tibi tamen est et in-posterum ultio semper.
Fac, sicut vis et tibi gratum est animo.

Huic autem respondit deinde Neptunus terræ-concussor:
statim ego fecerim, Atrarum-nubium-coactor, sicut dicis;
sed tuam semper iram observo et evito.
Nunc vero Phæacum volo perpulcram navem,
ex deductione revertentem, in obscuro ponto
perdere; ut jam abstineant, desistantque a-deductione
hominum; magnum vero ipsis montem urbi obducere.

Hunc autem respondens affatus-est nubes-cogens Jupiter:
o bone, sic quidem meo animo videtur esse optimum,
quum jam omnes incitatam intuebuntur
cives ab urbe, _tum eam_ facere lapidem prope terram
navi veloci similem: ut admirentur omnes
homines; magnum vero ipsis montem urbi obducere.

Ac postquam hoc audiverat Neptunus terræ-concussor,
profectus-est ire in Scheriam, ubi Phæaces sunt.
Illic manebat: hæc vero valde prope venit, pontum-transiens navis,
celeriter impulsa; eam autem prope venit Neptunus,
qui ipsam lapidem reddidit, et radicari-fecit inferne,
manu prona percussam: ipse autem discessit.

Illi vero inter se verba alata loquebantur,
Phæaces longis remis-utentes, navibus-inclyti viri.
Sic autem aliquis dicebat intuitus propinquum alium:

Eheu, quis jam navem velocem ligavit in ponto,
domum-versus actam? et jam apparebat tota.

Sic aliquis dicebat: hæc autem nesciebant quomodo facta essent.
Inter-eos vero Alcinous concionatus-est et dixit:

Dii-boni! certe omnino jam me antiqua vaticinia assequuntur
patris mei, qui dicebat Neptunum iratum-esse
nobis, quoniam deductores tuti sumus omnium.
Dixit aliquando Phæacum virorum _se_ perpulcram navem,
ex deductione revertentem, in obscuro ponto
perditurum, magnumque nobis montem urbi obducturum.
Sic dicebat senex; hæc vero nunc omnia perficiuntur.
Sed agite, sicut ego dixero, pareamus omnes:
a-deductione quidem desistite mortalium, quando aliquis venerit
nostram ad urbem: Neptuno autem tauros
duodecim electos sacrificabimus, si forte misereatur,
neque nobis ingentem montem urbi obducat.

Sic dixit: illi autem timuerunt, paraveruntque tauros.
Sic hi quidem supplicabant Neptuno regi,
populi Phæacum ductores et principes,
stantes circum altare. Experrectus-est autem divinus Ulysses,
cubans in terra patria, neque ipsam cognovit,
jam diu quum-abfuisset; nam dea nebulam circumfuderat,
Pallas Minerva, filia Jovis; ut eum ipsum
ignotum faceret, singulaque ediceret,
ne ipsum prius uxor cognosceret civesque, amicique,
quam omnem proci contumeliam luissent.
Propterea mutata-forma videbantur omnia regi,
viæque perpetuæ, portusque undique-stationibus-apti,
petræque præcipites, et arbores virentes.
Stetit autem quum-exsurrexisset, et inspexit patriam terram;
flevitque deinde, et sua percussit femora
manibus pronis; lugensque verbum dixit:

Hei mihi, quorumnam demum hominum in terram veni?
numquid hi injuriosique et crudeles, neque justi?
an hospitales, et ipsis mens est deorum-reverens?
quanam jam bona multa fero hæc? quanam autem et ipse
vagor? utinam mansissem apud Phæacas
illic; ego vero ad alium magnanimorum regum
pervenissem, qui me amice-excepisset et deduxisset ut-redirem.
Nunc vero nec usquam _ea_ seponere scio, neque illic
relinquam, ne forte mihi præda aliis fiant.
Dii boni! non ergo omnino sapientes, neque justi
erant Phæacum ductores et principes,
qui me in aliam terram abduxerunt: certe me dicebant

ducturos _se_ in Ithacam late-conspicuam; nec perfecerunt.
Jupiter ipsos ulciscatur supplicum-custos, qui et alios
homines inspicit et punit, quicunque peccet.
Verum age jam bona numerabo et videbo,
ne-quid mihi abierint cava in navi auferentes.

Sic locutus, tripodas perpulcros et lebetas
numerabat, et aurum, textiliaque vestimenta pulcra.
Horum quidem nihil desiderabat: verum lugebat patriam terram,
reptans juxta litus sonori maris,
multum lamentans. Prope autem eum venit Minerva,
viro corpore assimilata juveni, pastori ovium,
perdelicato, quales quidem regum filii sunt,
duplicem circa humerum habens pulcre-factam vestem;
pedibus vero sub nitidis calceos habebat, manuque jaculum.
Hanc autem Ulysses gaudebat conspicatus, et obvius venit,
et ipsam compellans verbis alatis allocutus-est:

O amice, quandoquidem te primum invenio hoc in loco,
salveque, et neutiquam mihi malo animo occurreris;
sed serva quidem hæc, serva autem _et_ me; tibi enim ego
supplico, tanquam deo, et ad-tua cara genua accedo.
Et mihi hæc dic vere, ut bene sciam:
quæ _hæc est_ terra? quis populus? qui viri insunt?
an aliqua insularum late-conspicua, an aliquod litus
hoc jacet mari acclinatum glebosæ continentis?

Hunc autem contra allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:
stultus-es, o hospes, aut e-longinquo venisti,
si revera de-hac terra interrogas. Neutiquam nimis
adeo ignobilis est; norunt vero eam admodum multi,
sive quotquot habitant ad Auroramque Solemque,
sive quotquot in-averso ad caliginem obscuram.
Nempe aspera quidem et non equitabilis est;
nec valde exilis, at neque lata est.
In _ea_ enim frumentum copiosum, in _ea_ autem et vinum
oritur: semper vero pluvia tenet _eam_ fœcundusque ros:
caprisque-pascendis bona et -bobus; est quidem silva
omnigena, ibique aquationes perennes adsunt.
Itaque, hospes, Ithacæ sane et in Trojam nomen pervenit
quam-quidem procul dicunt Achaica esse a-terra.

Sic dixit: lætatus-est autem audens divinus Ulysses,
gaudens sua terra patria, sicut ei dixerat
Pallas Minerva, filia Jovis ægidem-tenentis:
et ipsam compellans verbis alatis allocutus-est;
neque is vera dixit, ex-obliquo vero instruebat sermonem,
semper in pectore mentem perastutam agitans:

Audiebam de-Ithaca quidem etiam in Creta lata,
longe trans pontum; nunc autem _huc_ veni et ipse
bonis cum hisce; relictis vero adhuc apud-filios tantis
fugi, quoniam dilectum filium interfeci Idomenei,
Orsilochum pedibus velocem, qui in Creta lata
viros ingeniosos vincebat velocibus pedibus:
quoniam me privare præda volebat omni
Trojana: cujus gratia ego passus-eram dolores animo,
virorumque bella, tristesque undas transiens:
quoniam scilicet haud suo patri gratificans serviebam
populo in Trojanorum, sed aliis imperabam sociis.
Hunc quidem ego revertentem percussi ærata hasta
ex-agro, prope viam insidiatus cum socio:
nox vero valde obscura tenebat cœlum, nec quisquam nos
hominum animadvertit: latui autem illum anima spolians.
Ac postquam hunc interfeceram acuto ære,
statim ego ad navem profectus Phœnicas illustres
oravi, et ipsis animo-gratam prædam dedi:
hos me jussi in-Pylum deferre et collocare,
vel in Elidem divinam, ubi dominantur Epei.
Sed sane ipsos illinc depulit vis venti
admodum invitos; neque volebant _me_ fallere.
Illinc autem vagati venimus huc noctu:
ægre vero in portum remorum-ope-appulimus, neque ulla nobis
cœnæ cogitatio erat, valde licet indigentibus sumere;
sed sic _temere_ jacebamus egressi e-navi omnes.
Illic me quidem dulcis somnus invasit defessum:
illi autem bona mea cava e navi extracta
deposuerunt, ubi quidem ipse in arenis jacebam.
Hi vero in Sidoniam bene-habitatam _navi_ conscensa
abierunt; at ego relictus-sum dolens corde.

Sic dixit: risit autem dea cæsiis-oculis Minerva,
manuque ipsum demulsit; corpore vero assimilata est mulieri
pulcræque magnæque, et illustria opera scienti;
et ipsum compellans verbis alatis allocuta-est:

Astutus esset et fallax, qui te superaret
in omnibus dolis, etiam si deus _tibi_ occurreret.
Intractabilis, versute, dolorum insatiabilis, non ergo eras,
ne in tua quidem quum-esses terra, destiturus a-fallaciis,
verborumque fraudibus, quæ tibi ab-ortu amicæ sunt?
Sed age, ne-amplius hæc inter-nos-seramus, scientes ambo
dolos: quia tu quidem es hominum longe optimus omnium
consilio et verbis; ego autem inter omnes deos
consilioque celebror et dolis: nec tu-scilicet novisti
Palladem Minervam, filiam Jovis, quæ tibi semper
in omnibus laboribus asto, et _te_ servo,
et vero te Phæacibus gratum reddidi.
Nunc vero rursus huc veni, ut tibi consilium contexam,
bonaque abscondam, quotquot tibi Phæaces illustres
dederunt, domum proficiscenti, meo consilioque menteque;
dicamque, quantos tibi fatale _est_ ædibus in structis
dolores perferre; tu vero tolera etiam necessitate;
neu cuiquam eloquere, nec virorum nec mulierum,
omnium, quod veneris vagans: sed tacite
patere dolores multos, injurias sustinens virorum.

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:[TR1]
difficile _est_ te, dea, cognoscere mortali congresso,
etiam admodum scienti: te enim ipsam cuilibet assimilas.
Hoc autem ego bene novi, quod mihi antea benigna eras,
dum in Troja pugnabamus filii Achivorum.
At postquam Priami urbem destruximus altam,
ivimusque in navibus, deusque dissipavit Achivos,
haud te postea vidi, filia Jovis, neque animadverti
navem meam ingressam, ut aliquem mihi dolorem arceres.
[sed semper mente propria habens distractum cor
vagabar, donec me dii malo solverunt:
prius-quam quando Phæacum virorum in opulento populo
animastique verbis _me,_ et in urbem duxisti ipsa.]
Nunc vero te per patrem supplex-oro: non enim puto
venisse _me_ in Ithacam late-conspicuam, sed aliquam aliam
per-terram versor; te autem illudentem puto
hæc dicere, ut meam mentem decipias:
dic mihi, an vere dilectam in patriam venerim.

Huic vero respondit deinde dea cæsiis-oculis Minerva:
semper tibi talis in pectore _est_ cogitatio:
propterea etiam te non possum deserere, infelix quando es,
quoniam facundus es, et mente-promtus, et prudens.
Libenter enim alius vir errans, reversus,
cuperet in ædibus videre filiosque uxoremque:
tibi vero neutiquam gratum est scire, neque exquirere,
priusquam etiam tuæ uxoris periculum-feceris, quæ tibi sic
sedet in ædibus: luctuosæ vero ei semper
pereunt noctesque et dies lacrimas-fundenti.
At ego de-hoc quidem nunquam diffidebam, sed in animo
sciebam, quod rediturus-esses, amissis omnibus sociis.
Verum sane nolui Neptuno obsistere
patruo, qui adversus-te iram induxit-in animum,
iratus, quod ei filium dilectum excæcasti.
Sed age, tibi ostendam Ithacæ sedem, ut credas.
Phorcynis quidem hic est portus, marini senis;
hæc autem in vertice portus patulis-ramis oliva:
[prope vero ipsam antrum amabile, obscurum,
sacrum Nympharum, quæ Naiades vocantur:]
hæc autem tibi spelunca est umbrosa, ubi tu multas
sacrificabas Nymphis perfectas hecatombas:
hic vero Neritus est, mons vestitus silva.

Sic fata dea dissipavit nebulam; apparuit autem terra:
lætatusque-est deinde audens divinus Ulysses,
gaudens sua terra; osculatus-est autem almam tellurem;
statimque Nymphis supplicavit, manibus sublatis:

Nymphæ Naiades, filiæ Jovis, nunquam ego
visurum _me_ vos putabam: nunc vero ob-vota blanda _exaudita_
salvete: sed et dona dabimus, sicuti antea quidem,
si sinat lubens Jovis filia prædatrix
ipsumque _me_ vivere, et mihi carum filium auctet.

Hunc autem rurus allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:
confide, ne tibi hæc in mente tua curæ-sint.
Sed bona quidem in-recessu antri divini
ponamus statim nunc, ubi quidem hæc tibi salva maneant:
ipsi vero consultemus, quo-pacto _omnia_ quam optime fiant.

Sic locuta dea subiit specum obscurum,
explorans latibula per specum: atque Ulysses
propius omnia portabat, aurum et indomitum æs,
vestimentaque bene-elaborata, quæ ei Phæaces dederant.
Et hæc quidem bene deposuit; lapidem vero imposuit foribus

Pallas Minerva, filia Jovis ægidem-tenentis.

Hi autem sedentes sacræ ad radicem olivæ,
moliebantur procis insolentibus exitium.
Inter eos vero sermonem orsa-est dea cæsiis-oculis Minerva:

Generose Laertiade, sollertissime Ulysse,
considera, quomodo procis impudentibus manus inferas,
qui jam tibi triennio per domum dominantur,
ambientes divinam uxorem, et sponsalia dantes:
illa vero tuum semper reditum cum-fletu-desiderans in animo,
omnes quidem sperare-facit et pollicetur viro cuique,
nuntios mittens; mens autem ei alia versat.

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
dii boni! profecto plane Agamemnonis Atridæ
periturus malo fato in ædibus eram,
nisi mihi tu singula, dea, accurate dixisses.
Verum age, consilium texe, quo-pacto ulciscar ipsos;
et mihi ipsa asta, animum valde-audacem immittens,
qualem _immisisti mihi_ quando Trojæ solvebamus splendidas pinnas.
Si mihi sic studiosa astare-velis, Minerva,
etiam cum-trecentis ego viris pugnaverim,
ope tua, veneranda dea, quando me promto-animo adjuves.

Huic autem respondit deinde dea cæsiis-oculis Minerva:
et omnino tibi ego adero, nec me latebis,
quandocunque demum hæc obeamus; atque aliquem puto
sanguineque cerebroque fœdaturum immensum solum
virorum procorum, qui tibi victum absumunt.
Sed age, te incognitum reddam omnibus mortalibus:
arefaciam quidem cutem pulcram in flexilibus membris;
flavosque ex capite delebo crines; circumque pallium
induam, quod aversetur conspicatus homo habentem:
deformabo etiam tibi oculos, antea præpulcri qui-fuere:
ut turpis omnibus procis appareas,
tuæque uxori, et filio, quem in ædibus reliquisti.
Ipse vero omnium-primum subulcum adi,
qui tibi suum custos _est,_ attamen in-te benevolo animo-est,
filiumque tuum diligit et prudentem Penelopen.
Invenies-hunc suibus assidentem; hæ vero pascuntur
apud Coracis petram, et ad fontem Arethusam,
comedentes glandem suavem, et nigram aquam
bibentes, quæ suibus alunt florentem pinguedinem.
Illic mane, et omnia assidens interroga,
dum ego ivero ad Spartam pulcris-mulieribus-abundantem,
Telemachum accersitura, tuum dilectum filium, Ulysse:
qui tibi in spatiosam Lacedæmonem ad Menelaum
abiit, sciscitaturus de-tua fama, sicubi adhuc esses.

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
et cur non ei dixisti, in mente omnia sciens?
an ut alicubi et ille errans dolores patiatur?
pontum super infructuosum? victum autem ei alii edunt.

Huic autem respondit deinde dea cæsiis-oculis Minerva:
ne jam tibi ille valde in-animo sit:
ipsa eum deducebam, ut famam bonam adipisceretur,
illuc profectus: at nullam habet molestiam, sed quietus
sedet in Atridæ ædibus, et copiosa _ei_ apposita-sunt.
Profecto ei insidiantur juvens cum navi nigra,
cupientes interficere, antequam in-patriam terram perveniret:
sed hæc _futura_ non puto; prius etiam aliquem terra habebit,
[virorum procorum, qui tibi victum devorant.]

Sic igitur ipsum locuta virga tetigit Minerva:
arefecit quidem ei cutem pulcram in flexilibus membris;
flavosque ex capite delevit crines, circùm vero pellem
omnibus membris antiqui posuit senis:
deformavit autem ei oculos, antea præpulcri qui-fuere:
circum autem ipsum lacernam aliam malam jecit, et tunicam,
laceras, squalentes, malo fœdatas fumo:
circumque ipsum magnam pellem velocis induit cervi,
depilem; deditque ei baculum et turpem peram,
crebris-locis laceram: inerat vero tortum lorum-ad-portandum.

Illi ita consilio-inito discessere: hæc quidem deinde
in Lacedæmonem divinam ivit ad-_accersendum_ filium Ulyssis.

[TR1] "Ulysses" -> "Ulysses:"

Odysseæ XIV.—Ulyssis cum Eumæo conversatio.

ARGUMENT: THE CONVERSATION WITH EUMAEUS.

Ulysses arrives in disguise at the house of Eumaeus, where he is received, entertained, and lodged with the utmost hospitality. The several discourses of that faithful old servant, with the feigned story told by Ulysses to conceal himself, and other conversations on various subjects, take up this entire book.

TEXT:

At hic ex portu ingressus-est asperam viam,
locum per silvosum, per juga, qua ei Minerva
designaverat divinum subulcum, qui ei victum maxime
curabat famulorum, quos comparaverat divinus Ulysses.

Hunc autem in vestibulo invenit sedentem, ubi ei caula
alta ædificata-erat, undique-conspicuo in loco,
pulcraque, magnaque, vacuis-spatiis-circumdata; quam subulcus
ipse ædificaverat suibus, absente rege,
sine (_non jubentibus_) domina et Laerte sene,
advectatis lapidibus, et cinxerat sepe-spinea.
Palos autem extra adegerat prorus hinc atque illinc,
densos et crebros, nigra-parte roboris circumfissa;
intra vero caulam suilia duodecim fecerat,
prope invicem, cubilia suibus, in singulis autem
quinquaginta sues humi-cubantes concludebantur;
feminæ genitrices; at mares foris dormiebant,
multo pauciores; hos enim minuebant comedentes
divini proci; quippe mittebat subulcus
semper saginatorum porcorum optimum omnium:
hi vero trecentique et sexaginta erant.
Juxtà autem canes, feris similes, semper cubabant
quatuor, quos nutrivit subulcus, princeps virorum.
Ipse autem circa pedes suos aptabat calceamenta,
incidens pellem bubulam, bene-coloratam: ceteri vero _subulci_ jam
abierant alio alius, cum congregatis suibus
tres; quartum autem dimiserat ad-urbem,
suem ut-ageret procis insolentibus, necessitate;
ut sacris-factis, carnibus satiarent-sibi animum.

Extemplo vero Ulyssem viderunt canes latratores:
hi quidem clamantes accurrerunt; at Ulysses
sedit astutia, baculumque ei excidit manu.
Tunc suum apud stabulum indignum sustinuisset dolorem:
sed subulcus ocyus pedibus velocibus subsecutus
ruit per vestibulum, corium vero ei excidit manu.
Hos quidem increpans pepulit alios alio, canes,
crebris lapidibus; ipse vero affatus-est dominum:

O senex, profecto pæne te canes disperdiderunt
repente; et mihi opprobrium offudisses.
Et vero mihi alios dii dedere doloresque gemitusque:
deo-parem enim ob-herum lugens et dolens
sedeo; aliis autem sues pingues nutrio
ad-comedendum: at ille egens alicubi cibi
vagatur apud alienæ-linguæ virorum populumque urbemque,
sicubi adhuc vivit, et videt lumen solis.
Verum sequere, ad-casam eamus, senex, ut et ipse
cibo et vino saturatus in animo,
dicas, unde sis et quantas ærumnas toleraveris.

Sic locutus ad-casam præivit divinus subulcus;
et sedere-fecit _illum_ introductum; virgulta vero subjecit densa;
instravitque pellem villosæ agrestis capræ,
in-eo ut-cubare-posset, magnum et densum. Gaudebat autem Ulysses,
quod ipsum sic exciperet; verbumque dixit et elocutus-est:

Jupiter tibi det, hospes, et immortales dii alii,
quodcunque maxime cupis, quia me lubens excepisti.

Hunc autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
hospes, non mihi fas est, nec si pejor te venerit,
hospitem indigne-tractare; a Jove enim sunt omnes
hospitesque, mendicique; munus vero exiguumque carumque
fit nostrum: hic enim servorum mos est,
semper timentium, quando dominantur heri
juvenes: certe enim illius-quidem dii reditum impedierunt,
qui me studiose dilexisset, et possessionem dedisset,
qualia quidem suo famulo dominus benignus dederit,
domumque, et peculium, et multum-ambitam uxorem;
qui ei multum laboraverit, cuique deus laborem incremento-juverit;

ut et mihi hic labor incrementum-habet, in-quo versor:
ideo me multum juvisset dominus, si hic senesceret:
sed periit: utinam Helenæ genus disperiisset
funditus; quoniam multorum virorum genua solvit.
Etenim ille ivit Agamemnonis propter honorem
in Ilium bonis-equis-fœcundum, ut cum-Trojanis pugnaret.

Sic locutus, cingulo celeriter constringebat tunicam:
profectus est-ire ad suilia, ubi greges conclusi-erant porcorum:
illinc sumtos duos attulit, et ambos mactavit;
ustulavitque conciditque, et verubus transfixit.
Assata autem omnia ferens apposuit Ulyssi,
calida ipsis in-verubus: atque farinam albam inspersit;
in poculo autem miscebat dulce vinum:
ipse vero ex-adverso sedit, adhortansque allocutus-est:

Comede nunc, o hospes, quæ servis adsunt
porculorum-carnes: at pingues sane sues proci comedunt,
non ultionis-divinæ memores in mentibus, nec misericordiæ.
Non quidem improba opera dii beati amant,
sed justitiam honorant, et æqua opera hominum.
Etiam infesti quidem et insolentes, qui terram
alienam invaserint, et ipsis Jupiter prædam dederit,
impletisque navibus abierint domum redituri:
etiam his ultionis-divinæ vehemens metus animis incidit.
Isti vero etiam aliquid sciunt, deique aliquam audiere vocem,
illius tristem mortem, quandoquidem nolunt rite
ambire, nec redire ad sua: sed tranquilli
bona absumunt immodice, neque _iis_ inest parsimonia.
Quotquot enim noctesque et dies a Jove oriuntur,
nunquam unam mactant victimam, neque duas solas;
vinum vero consumunt immoderate exhaurientes.
Certe ei victus erat copiosus; nemini tantus
virorum heroum, nec continentis nigræ,
neque ipsius Ithacæ, nec simul-viginti virorum
sunt divitiæ tantæ: ego vero tibi recensebo.
Duodecim in continente armenta _sunt;_ tot greges ovium,
tot suum pascua, tot stabula lata caprarum
pascunt mercenariique et ipsius pastores viri.
Hic autem stabula alta caprarum undecim omnia _in_
extremitate-agri pascuntur; ac viri probi immittuntur _custodes._
Quorum semper ipsis unusquisque in die pecudem fert,
saginatorum caprorum, quicunque appareat optimus.
At ego sues hasce custodioque, tueorque,
et ipsis porcorum optimum quemque selectum mitto.

Sic dixit: ille autem intente carnes edebat, bibebatque vinum
avide, tacitus; mala autem procis meditabatur.
Ac postquam cœnerat et refecerat animum cibo,
etiam ei impletum dedit _Eumæus_ poculum, quo bibebat,
vino plenum: is vero accepit, gaudebatque animo,
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

O amice, quisnam te emit possessionibus suis,
ita valde dives et fortis, ut prædicas?
dicis autem ipsum periisse Agamemnonis propter honorem.
Dic mihi, si forte norim _eum,_ qui-talis fuerit.
Jupiter enim hoc scit, et immortales dii alii,
si de-eo nuntiare-possim viso; per multa vero _loca_ erravi.

Huic autem respondit deinde subulcus, princeps virorum:
o senex, nullus illum vir vagatus adveniens
nuntians persuaserit uxorique et dilecto filio:
sed temere curationis indigentes viri errones
mentiuntur, nec volunt vera loqui.
Quicunque vero errans Ithacæ in populum venerit,
profectus ad dominam meam, fallacia loquitur:
hæc vero benigne exceptum diligit, et singula inquirit:
et ei lugenti de palpebris lacrimæ cadunt;
qua fas est mulieri, quando maritus alibi perierit.
Statim etiam tu, senex, fabulam fabricaveris.
[si quis tibi lænamque tunicamque vestimenta daret.]
Illius autem jam debent canes velocesque alites
cutem ab ossibus detraxisse; anima vero _eum_ reliquit:
vel illum in ponto comederunt pisces, ossa autem ipsius
jacent in litore, arena involuta multa.
Sic ille quidem illic periit; amicis vero dolores postea
omnibus, mihi autem maxime, effecti-sunt: non enim amplius alium
mitem adeo dominum inveniam, quocunque profectus-fuero:
neque si patris et matris iterum ivero
domum, ubi primum natus sum, et _qui_ me educarunt ipsi.
Neque omnino hos adhuc tantum lugeo, cupiens licet
oculis ut-videam _eos,_ degens in patria terra;
sed me Ulyssis desiderium capit absentis.
Hunc quidem ego, o hospes, etiam non præsentem nomine-vocare
vereor; valde enim me diligebat et curabat in-animo:

sed ipsum carum appello _velut alloquens,_ etiam absentem.

Hunc autem rursus allocutus-est audens divinus Ulysses:
o amice, quandoquidem prorsus negas, neque amplius credis
illum venturum-esse, animus vero tibi semper incredulus:
verum ego non temere loquar, sed cum jurejurando,
quod redibit Ulysses; ac pretium-læti-nuntii mihi esto
statim, postquam ille reversus ad-suas ædes pervenerit;
[ut-induat mihi lænamque tunicamque, vestimenta pulcra:]
ante autem, etiamsi valde indigens, nequaquam acciperem.
Inimicus enim mihi is æque atque-Orci portæ
est, qui egestati cedens fallacia loquitur.
Sciat nunc Jupiter primum deorum, hospitalisque mensa,
focusque Ulyssis eximii, ad-quam veni:
certe quidem hæc omnia perficientur, sicut dico.
Hoc ipso anno veniet huc Ulysses;
hoc quidem exeunte mense, altero autem ineunte,
domum revertetur, et ulciscetur, quicunque illius
hic probro afficit uxorem et splendidum filium.

Hunc autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
o senex, neque ego pretium-læti nuntii hoc persolvam,
neque Ulysses amplius domum veniet: sed quietus
bibe, et alia præter _hæc_ memoremus, neu mihi hæc
in-mentem-revoca: certe enim animus in pectore meo
dolet, quando aliquis meminerit honorandi domini.
Verum enimvero jusjurandum quidem mittamus: sed Ulysses
veniat, ut ipsum ego cupio, et Penelope,
Laertesque senex, et Telemachus deo-similis.
Nunc rursus nati _causa_ usque lugeo, quem genuit Ulysses,
Telemachi: quem postquam nutrierant dii, plantæ similem,
et ipsum putabam fore in viris haud pejorem
patre suo caro, mente et specie admirabilem:
ejus tamen aliquis immortalium læsit mentem intus æquam,
vel aliquis hominum; is vero ivit, ad-quærendam patris famam,
in Pylum divinam: ei autem proci superbi
domum redeunti insidias-struunt, ut genus dispereat
sine-nomine ex Ithaca Arcesii deo-paris.
Verum enimvero illum quidem sinamus, sive opprimatur,
sive effugiat, et eum protegat manu Saturnius.
Sed age mihi tu, senex, tuas ipsius ærumnas enarra,
et mihi hoc dic verum, ut bene sciam,
quis _et_ unde es virorum? ubi tibi urbs et parentes?
quanam autem in nave venisti? et quomodo te nautæ
duxerunt in Ithacam? quosnam _se_ esse profitentur?
nequaquam enim te pedibus puto huc venisse.

Hunc autem respondens affatus-est ingeniosus Ulysses:
enimvero ego tibi hæc valde accurate enarrabo.
_Si_ sit nunc quidem nobis in tempus et cibus
et vinum dulce, casam intra manentibus,
ad-epulandum quietis, alii autem opus obeant:
facile inde et in annum integrum
neutiquam perficerem, narrans meos dolores animi,
quantos vere cunctos deorum voluntate pertuli.

Ex Creta quidem genere glorior _me esse_ lata,
viri divitis filium: multi vero et alii
filii in domo _nostra_ et educati-sunt, et nati,
legitimi ex uxore: me autem emta peperit mater,
pellex; sed me æque-ac legitimos honorabat
Castor Hylacides, cujus ego genus glorior _me_ esse:
qui quondam inter Cretenses, dei instar, honorabatur a-populo,
opibusque, divitiisque, et filiis gloriosis.
Verum tamen illum fata iverunt mortis ferentia
in Orci domos: illi vero victum (_opes_) diviserunt,
filii magnanimi, et de _eo_ sortes jecerunt:
ac mihi valde pauca dederunt, et ædes tribuerunt.
Duxi autem uxorem locupletissimorum hominum
meæ gratia virtutis: quia non despicabilis eram
nec fugax-in-bello: nunc autem jam omnia defecere:
sed tamen stipulam saltem te arbitror intuentem
cognoscere: profecto enim me calamitas tenet cumulate multa.
Sane quidem audaciam mihi Mars dederunt et Minerva,
et vires-bellicas: quum legebam ad-insidias
viros optimos, mala hostibus serens,
nunquam mihi mortem ante-oculos-ponebat animus generosus,
sed multo primus insiliens hasta occidebam
virorum infestorum quicunque mihi cederet pedibus.
Talis eram in bello: opus vero mihi haud gratum erat,
nec _grata_ rei-familiaris-cura, quæ nutrit claros filios:
sed mihi semper naves remigio-instructæ gratæ erant,
et bella, et tela bene-polita, et sagittæ,
tristia, quæ aliis quidem horrenda sunt.
At mihi ea grata erant, quæ fere deus in animo posuit:
alius etenim aliis vir delectatur operibus.

Antequam enim in-Trojam profecti-sint filii Achivorum,
novies viris imperavi, et velocibus navibus,
viros adversus externos; et mihi abunde contigerant omnia.
Ex-quibus eligebam quæ-placebant; multa autem post
sortito-obtinebam: statim vero domus augebatur, et deinceps
gravisque reverendusque inter Cretenses factus-sum.
Sed quum jam hoc odiosum iter late-sonans Jupiter
decrevit, quod multorum virorum subtus genua solvit:
tunc vero me jusserunt et inclytum Idomeneum
navibus duces-esse in Ilium; neque ulla ratio
erat denegandi, gravis vero obtinebat vulgi vox.
Ibi quidem per-novem-annos belligerabamus filii Achivorum,
decimo autem urbem Priami populati, ivimus
domum-versus cum navibus; deus vero dissipavit Achivos.
Ac mihi misero mala struebat providus Jupiter:
mensem enim solum mansi oblectans-me filiis,
ingenuaque uxore, et facultatibus: ac postea
in-Ægyptum me animus impulit navigare,
navibus bene adornatis, cum eximiis sociis;
novem naves adornavi; cito autem coactæ-sunt copiæ.

Per-sex-dies quidem inde mei dilecti socii
convivabantur; at ego victimas multas præbebam
diisque ad-sacrificandum, ipsisque ad-epulas parandas.
Septimo autem _navibus_ conscensis a Creta lata,
navigavimus Borea vento vehementer-flante, bono,
facile, veluti secundo flumine: neque ulla inde mihi
navium læsa-est, sed sospites et incolumes
sedebamus: has autem ventusque gubernatoresque dirigebant.
Quinto-die autem ad-Ægyptum pulcre-fluentem venimus:
statui vero in Ægypto fluvio naves utrinque-recurvas.
Ibi quidem ego jubebam caros socios
illic apud naves manere, et naves tueri;
speculatores autem ad speculas hortabar ut-irent.
Hi vero insolentiæ cedentes, sequentes impetum suum,
statim admodum Ægyptiorum virorum perpulcros agros
populabantur, ac mulieres abducebant, et infantes liberos,
ipsosque interficiebant; cito autem ad urbem pervenit clamor.
Illi autem clamorem audientes, simul-cum aurora illucescente,
venerunt: impletus-est vero totus campus peditibusque et equitibus,
ærisque fulgore: Jupiter autem gaudens-fulmine
fugam meis sociis malam immisit: nec quisquam sustinuit
consistere contra: circùm enim mala undique stabant.[TR1]
Ibi nostrum multos quidem interfecerunt acuto ære;
alios autem duxerunt vivos, sibi operaturos necessitate.
At mihi Jupiter ipse in mente hoc cogitatum
effecit (utinam mortuus-fuissem et fatum assecutus
illic in Ægypto; adhuc enim me malum excepit):
statim de capite galeam fabrefactam deposui,
et scutum ab-humeris; hastamque projeci ex manu:
atque ego regis obviam ivi equis,
et osculatus-sum genua _ejus_ prehensa: hic autem servavit et mei misertus-est:
in currumque me locatum duxit domum lacrimas-fundentem.
Profecto me valde multi adoriebantur fraxineis-hastis,
cupientes interficere (namque irati-erant valde);
sed ille arcebat; Jovis vero veritus-est iram
Hospitalis, qui maxime indigne-fert mala opera.
Tum quidem per-septem-annos mansi ibidem, multasque collegi
divitias inter Ægpytios viros: dederunt enim omnes.
Sed quum jam octavus mihi revolvens annus venit,
tum vero Phœnicius venit vir, fallacia sciens,
veterator, qui jam multa mala hominibus fecerat:
qui me duxit persuasum ipsius ingenio, donec venissemus
in-Phœnicen, ubi ipsius domus, et possessiones erant.
Ibi apud ipsum mansi integrum in annum.
Sed quando jam mensesque et dies exacti-erant,
iterum circumvolvente anno, et supervenerant horæ,
in Libyam _vecturum_ me navi imposuit pontum-transeunti,
mendacia meditatus, ut secum merces agerem;
illic vero me ut venderet, et magnum pretium acciperet.
Hunc sequebar in navi, suspicans licet, necessitate.
Illa vero currebat Borea vento valide-flante, bono,
per-medium supra Cretam: Jupiter autem eis moliebatur exitium.

Sed quum jam Cretam quidem liquissemus, neque ulla alia
appareret terrarum, sed cœlum ac mare,
tum vero atram nubem statuit Saturnius
nave super cava; obscuratus-est autem pontus ab ipsa.
Jupiter vero crebro tonuit, et injecit navi fulmen:
hæc autem contorta-est tota, Jovis percussa fulmine,
ac sulphure impleta-est; ceciderunt autem ex navi omnes.
Hi vero cornicibus _marinis_ similes, circa navem nigram
in-fluctibus ferebantur: deus autem _iis_ auferebat reditum.
At mihi Jupiter ipse, habenti quidem dolores animo,

malum longum navis cærulea-prora
manibus imposuit, ut adhuc malum effugerem.
Hunc inde amplexus, ferebar perniciosis ventis;
per-novem-dies ferebar, decima autem me nocte nigra
terræ Thesprotorum appulit magna unda volvens.
Ibi me Thesprotorum rex excepit Phidon
heros gratis; hujus enim dilectus filius quum-supervenisset,
frigore et labore afflictum duxit in domum,
manu sublevatum, donec pervenisset ad-ædes patris:
ac mihi lænamque tunicamque vestimenta induit.

Ibi de-Ulysse ego audivi: ille enim dicebat,
hospitio-excepisse _se illum_ et amice-tractasse euntem in
patriam terram.
Et mihi bona ostendit, quanta collegerat Ulysses,
æsque, aurumque, multumque-elaboratum ferrum.
Et sane _iis_ in decimam generationem alium adhuc aleret;
tantæ ei res-pretiosæ jacebant in ædibus regis.
Ipsum autem in Dodonam dicebat ivisse, ut dei
ex quercu alte-comante Jovis consilium audiret,
quomodo rediret Ithacæ in opulentum populum,
jam diu absens, utrum palam, an occulte.
Juravit autem coram me ipso, libans in domo,
navem deductam-esse et paratos esse socios,
qui jam ipsum deducturi-sint caram in patriam terram.
Sed me prius dimisit: contigit enim ut-iret navis
virorum Thesprotorum in Dulichium tritici-ferax.
Tunc ille me jussit deduci ad-regem Acastum
cum-cura; illis autem malum in-anio placebat consilium
de me, ut adhuc omnino calamitatis in pestem inciderem.
Sed quando a-terra longe progressa-est pontum-transiens navis,
statim servilem diem mihi moliebantur:
exuerunt quidem me lænaque, tunicaque vestimentis,
circumque me pannum alium malum jecerunt, et tunicam,
lacera, quæ et ipse in oculis vides.
Vespertini autem Ithacæ late-conspicuæ _ad_ culta pervenere:
ibi me quidem ligaverunt bene-tabulata in navi
fune bene-torto arcte; ipsi vero egressi
festinanter ad litus maris, cœnam sumsere.
At mihi vinculum quidem resolvere dii ipsi
facile: capiti autem panno obvoluto,
lævigatum per-clavum delapsus applicui mari
pectus; deinde autem manibus remigavi ambabus
natans; valdeque cito foris eram seorsum ab-illis.
Tunc quum-ascendissem, ubi senticetum erat floridæ silvæ,
jacebam stratus: illi vero valde gementes
ibant; sed enim ipsis non videbatur melius esse
inquirere ulterius: hi quidem retro itrum ibant
navem in cavam; me autem absconderunt dii ipsi
facile, et me stabulo appulerunt ducentes
viri prudentis; adhuc enim mihi fatum _est_ vivere.

Hunc autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
ah miser hospitum, certe mihi valde animum commovisti,
hæc singula dicens, quanta jam passus-es, et quantum vagatus.
Sed ea non pro decenti _dicta_ arbitror, nec mihi persuadebis
locutus de Ulysse: quid te oportet, talis quum-sis,
temere mentiri? ego vero certe novi et ipse
de-reditu mei domini, quod _is_ odio-habetur omnibus diis
prorsus valde, quia ipsum non inter Trojanos domuere,
vel amicorum in manibus, postquam bellum confecerat.
Tunc ei tumulum quidem fecissent universi-Achivi,
atque etiam suo filio magnam gloriam peperisset in-posterum.[TR2]
Nunc autem ipsum inglorie Harpyiæ abripuerunt.
At ego apud sues _maneo_ semotus: neque ad urbem
eo, nisi quando forte prudens Penelope
venire jubeat, quando nuntius alicunde venerit.
Sed illi quidem singula assidentes interrogant,
sive qui dolent diu absente rege,
sive qui gaudent victum impune absumentes.
Sed mihi non gratum est inquirere et interrogare,
ex quo quidem me Ætolus vir decepit sermone;
qui, viro interfecto, multas per regiones vagatus,
venit meas ad domos: ego vero ipsum amice-complectebar.
Dixit autem _se_ eum inter Cretenses apud Idomeneum vidisse
naves reficientem, quas ei confregerant procellæ:
et dixit venturum, vel in æstatem, vel in autumnum,
multas opes advehentem, cum divinis sociis.
Et tu, senex infelix, postquam te mihi adduxit deus,
neu quid mihi mendaciis gratificare, neu mulce:
non enim ob-id ego te honorabo, nec diligam,
sed Jovem Hospitalem veritus, teque-ipsum miseratus.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
certe valde quidam tibi animus in pectoribus incredulus,
quoniam te ne cum-jurejurando quidem ad-credendum adduxi, nec

tibi persuadeo.
Sed age nunc sponsionem faciamus: ac desuper
testes ambobus dii _sunto,_ qui Olympum tenent.
Si quidem redierit herus tuus in hanc domum,
indutum me lænaque tunicaque vestimentis deduc
ad-Dulichium, ut-eam, quo mihi _ire_ gratum est animo;
sin vero non venerit herus tuus, ut prædico,
famulis incitatis _me_ dejice magna de rupe,
ut et alius mendicus caveat decipere.

Hunc autem respondens allocutus-est divinus subulcus:
hospes, sic enim mihi bona-fama virtutisque-nomen
esset inter homines simul nunc, et in-posterum,
qui te, postquam in casam duxissem, et hospitalia dedissem,
deinde tamen interficerem, dilectumque animum eriperem:
ex-animo sane deinde Jovi Saturnio supplicarem.
Nunc vero hora cœnæ _est:_ citissime mihi intus socii
adsint, ut in casa lautam apparemus cœnam.

Sic hi quidem talia inter se dicebant,
prope autem suesque et viri venere subulci.
Has quidem deinceps incluserunt in stabula ad-cubandum
strepitus vero ingens ortus-est suum stabulantium.
Verum ille suos socios hortabatur, divinus subulcus.

Ducite suum optimum, ut hospitis _gratia_ mactem
longinqui: una autem ipsi recreabimur, qui ærumnam
diu habemus, patientes suum gratia albis-dentibus:
alii vero nostrum laborem impune edunt.

Sic igitur locutus, scidit ligna acuto ære:
illi autem suem adduxere valde pinguem, quinquennem:
eum quidem inde statuerunt ad focum; neque subulcus
oblitus-est immortalium: mente enim utebatur bona;
sed hic auspicans, capitis pilos in ignem jecit
albis-dentibus suis, et precabatur omnes deos,
ut-rediret Ulysses prudens suam domum.
Feriit autem _suem manu_ sublata segmine quercus, quod reliquerat findens;
et hunc reliquit anima. Ipsi vero jugularunt et ustularunt,
statimque eum divisere; ac frusta cruda-ponebat subulcus,
undique auspicans a-membris, in pinguem adipem:
et alia quidem in ignem jecit, conspersa frumenti farina,
minutatimque-secuere cetera, et verubus transfixere
assaruntque scite, extraxeruntque _igne_ omnia:
posuerunt autem in mensis simul omnia: ac subulcus
surrexit divisurus; valde enim mente æque norat.
Atque illa quidem septifariam omnia partitus-est dividens;
partem quidem unam Nymphis et Mercurio, Maiæ filio,
posuit precatus; ceteras vero distribuit singulis:
tergo autem Ulyssem perpetuo honorabat
albis-dentibus suis; lætificabat vero animum domini;
et ipsum compellans allocutus-est ingeniosus Ulysses:

Utinam sic, Eumæe, dilectus Jovis patri sis,
ut mihi, quandoquidem me, talis quum-sim, bonis honoras.

Hunc autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
comede, mirifice hospitum, et delectare hisce,
qualia adsunt; deus autem hoc quidem dabit, illud vero sinet,
quodcunque suo animo voluerit: potest enim omnia.

Dixit, et primitias sacrificavit diis sempiternis:
libatoque nigro vino, Ulyssi urbium-vastatori _poculum_
in manibus posuit; hic autem sedebat suam juxta partem.
Panem autem ipsis distribuit Mesaulius, quem subulcus
ipse _sibi_ comparaverat solus, absente domino,
sine (_pretium non præbentibus_) domina et Laerte sene:
eum vero a Taphiis emit ex-possessionibus suis.
Hi autem ad cibos paratos appositos manus porrigebant.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
panem quidem eis abstulit Mesaulius; illi autem ad cubitum,
pane et carnibus saturati,[TR3] properabant.

Nox vero dein supervenit mala obscura-sine-luna; pluebat autem Jupiter
tota-nocte; ac flabat Zephyrus magnus semper aquosus.
Inter-hos vero Ulysses locutus-est, subulcum tentans,
si qua sibi exutam lænam præberet, vel aliquem sociorum
alium _dare_ hortaretur, siquidem ipsum curabat valde:

Audi nunc, Eumæe, et ceteri omnes socii,
gloriabundus aliquod verbum dicam: vinum enim jubet
stultum, quod impulit sapientem etiam valde cantare,
et ad molliter ridendum, et _ad_ saltandum incitavit,
et aliquod verbum emisit, quod indictum _esset_ melius.

Sed postquam primum vocem-rupi, non celabo.
Utinam sic pubescerem, viresque mihi integræ essent,
sicut quando sub Trojam insidias duximus instructas:
ducesque-erant Ulyssesque et Atrides Menelaus;
cum-his vero una tertius dux-eram ego: ipsi enim jubebant.
Sed quando jam veneramus ad urbem, altumque murum,
nos quidem circa urbem per virgulta densa,
in arundinibus et palude sub armis prostrati,
jacebamus. Nox autem supervenit mala, Borea oborto,
glacialis; at superne nix facta-est veluti pruina,
frigida, et scutis cricum-accrescebat glacies.
Ibi ceteri omnes lænas habebant, et tunicas,
dormiebantque quieti, scutis cooperti humeros:
at ego lænam quidem profectus sociis reliqueram,
stulte, quoniam non putabam _me_ frigus-passurum omnino:
sed sequebar, scutum solum habens et cingulum nitidum.
Sed quando jam tertia-pars noctis erat, et astra transierant,
tunc ego Ulyssem allocutus-sum, prope qui-erat,
cubito pungens; is vero promte auscultavit:

Nobilissime Laertiade, sollers Ulysse,
nequaquam amplius vivis interero; se me hiems
domat; non enim habeo lænam: decepit me deus,
sola-cum tunica ut-irem; nunc vero non-amplius effugium est.

Sic dixi; is autem dein mentem habebat hanc in animo,
qualis ille erat ad-consultandum et pugnandum:
locutus autem submissa voce, me sermone affabatur:

Sile nunc, ne-quis te Achivorum alius audiat.
Dixit; et in cubito caput tenuit, dixitque sermonem:

Audite, amici: divinum mihi in-somnis astitit somnium.
Valde enim a-navibus longe venimus: sed aliquis eat
nuntiatum Atridæ Agamemnoni, pastori virorum,
si plures a navibus excitare velit ut-veniant.

Sic dixit: surrexit autem deinde Thoas, Andræmonis filius,
confestim, ac lænam deposuit purpuream,
profectusque-est currens ad naves: ego vero in vestimento illius
jacui libenter; illuxit autem in-aureo-solio Aurora.

Ita utinam nunc pubescerem, viresque mihi integræ essent;
daret aliquis lænam in stabulis subulcorum,
utrumque, ex-amicitia ac reverentia viri boni:
nunc autem me despiciunt, mala corpore vestimenta habentem.

Hunc autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
o senex, narratio quidem tibi bona, quam dixisti,
neque ullum præter decorum verbum inutile locutus-es:
ideo nec veste indigebis, neque ulla alia-re,
quarum decet supplicem miserum compotem-factum-esse,
nunc; at mane quidem tuos pannos manibus-excuties.
Non enim multæ lænæ, mutatoriæque tunicæ
hic _sunt_ ad-induendum; una autem sola _est_ viro cuique.
[At postquam venerit Ulyssis dilectus filius,
ipse tibi lænamque tunicamque vestimenta dabit,
deducetque, quo te cor animusque jubet.]

Sic locutus cito-surrexit; ponebat autem ei prope ignem
lectum; atque oviumque et caprarum pelles injiciebat.
Ibi Ulysses decubuit; injecit autem lænam ipsi
densam et magnam, quæ ei prope-jacebat mutatoria
ad-induendum, quando aliqua tempestas gravis oriretur.

Sic quidem tunc Ulysses decubuit; ac prope ipsum
viri cubuere juvenes; non-autem subulco
placuit illic lectus, a-suibus seorsum ut-cubaret:
sed is extra profectus armabat-se: gaudebat vero Ulysses,
quod sibi facultatum curam-habebat, _ipse_ dum-abesset.
Primum quidem ensem acutum circa fortes suspendit humeros;
tum lænam sibi-circumdedit arcentem-ventos, valde densam;
ac pellem sumsit capræ bene-nutritæ, magnæ:
sumsitque acutum jaculum, canum propulsatorem et virorum.
Ivitque decubiturus, ubi quidem sues albis-dentibus
rupe sub cava dormiebant, Boream arcente-in-loco.

[TR1] "stabant," -> "stabant."
[TR2] "in-posterum" -> "in-posterum."
[TR3] "saturati;" -> "saturati,"

Odysseæ XV.—Telemachi ad Eumæum adventus.

ARGUMENT: THE RETURN OF TELEMACHUS.

The goddess Minerva commands Telemachus in a vision to return to Ithaca. Pisistratus and he take leave of Menelaus, and arrive at Pylos, where they part: and Telemachus sets sail, after having received on board Theoclymenus the soothsayer. The scene then changes to the cottage of Eumaeus, who entertains Ulysses with a recital of his adventures. In the meantime Telemachus arrives on the coast, and sending the vessel to the town, proceeds by himself to the lodge of Eumaeus.

TEXT:

In spatiosam vero Lacedæmonem Pallas Minerva
ibat, Ulyssis magnanimi splendidum filium
de-reditu submonitura et hortatura ut-rediret.
Invenit autem Telemachum et Nestoris inclytum filium
cubantes in vestibulo-domus Menelai gloriosi:
Nestoriden quidem molli domitum somno;
Telemachum vero non somnus tenebat dulcis, sed _eum_ in animo
noctem per divinam curæ de-patre excitabant.
Prope autem stans _eum_ allocuta-est cæsiis-oculis Minerva:

Telemache, non-amplius bene a _tua_ domo procul vagaris,
possessionibusque relictis, virisque in tuis ædibus
ita insolentibus; _cave_ ne tibi omnia comedant,
possessionibus divisis, tu vero inane iter feceris.
Sed hortare citissime bello strenuum Menelaum
ut-dimittat _te:_ ut adhuc domi eximiam matrem invenias.
Jam enim paterque fratresque _eam_ jubent
Eurymacho nubere; is enim superat omnes
procos donis, et nimium-auxit sponsalia:
ne quid, te invito, ex ædibus bonum efferatur.
Scis enim, qualis animus in pectoribus _est_ mulieris:
illius vult domum augere, qui _se_ duxerit,
filiorum autem priorum, et _mariti_ cui-virgo-nupserat dilecti,
non-amplius recordatur, quando-mortuus-est, neque inquirit.
Sed tu ubi-veneris ipse, committas singula
famularum _ei_ quæcunque tibi optima videatur esse;
donec tibi ostenderint dii illustrem uxorem.
Aliud autem tibi verbum dicam; tu vero repone animo.
Procorum tibi studiose principes insidiantur
in freto Ithacæque Samique asperæ,
cupientes _te_ occidere, antequam in-patriam terram perveneris.
Sed ea non _futura_ puto: prius etiam aliquem terra habebit
virorum procorum, qui tibi victum devorant.
Sed longe ab-insulis abstine bene-fabricatam navem,
cumque-nocte simul naviga: mittet autem tibi ventum-secundum a-tergo
immortalium quicunque te custoditque tueturque.
At ubi ad-primum litus Ithacæ perveneris,
navem quidem in urbem mitte et omnes socios:
ipse vero omnium-primum subulcum adi,
qui tibi suum custos _est,_ simulque in-te benevolo animo-est.
Illic autem noctem perage; ipsum vero mitte in urbem
nuntium laturum prudenti Penelopæ,
quod ei salvus sis, et ex Pylo veneris.

Hæc quidem sic locuta abiit ad magnum Olympum.
At ille Nestoriden ex dulci somno excitavit
[illato pede motum; et ei verbum dixit:]

Surge, Nestoride Pisistrate, solidis-ungulis equos
junge sub currum ducens, ut conficiamus iter.

Hunc autem Nestorides Pisistratus contra allocutus-est:
Telemache, nequaquam licet, deproperantes licet iter,
noctem per tenebrosam aurigare; cito vero aderit aurora.
Sed mane, dum dona ferens in-curru posuerit
heros Atrides, hasta-inclytus Menelaus,
et verbis placidis compellatum dimiserit.
Etenim hospes recordatur dies omnes
viri hospitalis, qui amicitiam exhibuerit.

Sic dixit: statim autem in-aureo-solio venit Aurora.
Prope autem ad-eos venit bello strenuus Menelaus,
ubi-surrexit e lecto, ab Helena pulcris-comis.
Hunc autem postquam animadvertit Ulyssis dilectus filius,
festinans inde tunicam circa corpus splendidam
induit, et magnum pallium fortibus injecit humeris
heros: ivit autem foras, astansque _eum_ allocutus-est:
[Telemachus, dilectus filius Ulyssis divini:]

Atride Menelae, Jovis-alumne, princeps civium,
jam nunc me dimitte dilectam in patriam terram:
jam enim mihi animus cupit domum ire.

Huic autem respondit deinde bello strenuus Menelaus:
Telemache, non te equidem in-longum tempus hic detinebo,
cupientem reditus: succenseo autem et alii
viro hospitali, qui immoderate quidem diligat,
immoderate autem oderit; meliora vero _sunt_ æqua omnia.
Æquale sane malum est, qui et nolentem redire
hospitem impellat, et qui ire-festinantem detineat.
[Oportet hospitem præsentem amice-tractare, volentemque
dimittere.]
Sed mane, dum dona ferens in-curru posuero
pulcra; tu autem oculis videris: dicam vero mulieribus
jentaculum in ædibus ut-parent abunde ex-intus repositis:
utrumque, gloriaque et splendor, et utilitas _est,_
pastos ire multam super immensam terram;
sin vero vis divertere in Helladem, et medium Argos:
ut te ipse sequar, subjungam autem tibi equos,
ad-urbesque hominum ducam; nec quisquam nos
sic remittet; sed dabit aliquid unum saltem ferendum,
aut aliquem tripodum bene-æratorum, aut lebetum,
aut duos mulos, aut aureum poculum.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
Atride Menelae, Jovis-alumne, princeps civium,
volo jam redire ad nostra; non enim post _me_
custodem discedens reliqui apud possessiones meas:
ne patrem deo-parem quærens, ipse peream,
aut aliquod mihi ex ædibus supellectile-præstans pereat.

Ac postquam hoc audierat bello strenuus Menelaus,
statim suam uxorem et famulas jussit
jentaculum in ædibus parare abunde ex-intus repositis.
Prope autem ipsi venit Boethoides Eteoneus,
ubi-surrexerat e lecto; quippe non procul habitabat ab ipso;
hunc ignem accendere jussit bello strenuus Menelaus,
assareque carnes; is vero non inobsequens-fuit, ubi-audierat.
Ipse autem in thalamum descendit odoratum,
non solus; simul cum-ipso Helena ivit et Megapenthes.
Sed quando jam _eo_ pervenerant, ubi ei bona-recondita jacebant,
Atrides quidem deinde poculum cepit duplex,
filium autem cratere portare Megapenthem jussit
argenteum: Helena vero astitit arcis,
ubi erant ei pepla omni-artificio-varia, quæ elaborarat ipsa.
Horum unum sublatum Helena ferebat, divina mulierum,
qui pulcerrimus erat ornatu-versicolori, et maximus,
ut stella autem resplendebat: jacebat vero ultimus omnium.
Iveruntque inde ulterius per domum, donec pervenirent
_ad_-Telemachum: hunc autem affatus-est flavus Menelaus:

Telemache, sane reditum, ut animo tuo cupis,
sic tibi Jupiter perficiat, altitonans maritus Junonis.
Donorum autem, quotquot in mea domo recondita jacent,
dabo quod optimum et pretiosissimum est.
Dabo tibi craterem elaboratum; argenteus autem
est totus, auro vero labra munita sunt;
opus _est_ Vulcani: donavit autem eum _mihi_ Phædimus heros,
Sidoniorum rex, quando ejus domus suscepit
illic me in-reditu-profectum: tibi autem volo hoc præbere.

Sic locutus, in manibus _ei_ ponebat poculum duplex
heros Atrides: ille vero craterem splendidum
posuit ante ipsum ferens, fortis Megapenthes,
argenteum: Helena autem astitit pulcris-genis,
peplum habens in manibus, verbumque dixit et elocuta-est:

Donum tibi et ego, fili dilecte, hoc do,
monumentum Helenæ manuum, optabilium in nuptiarum tempus
tuæ uxori gestandum: interim vero dilectam apud matrem
jaceat in domo: tu vero mihi gaudens pervenias
ad-domum bene ædificatam, et tuam in patriam terram.

Sic locuta in manibus _ei_ posuit: hic autem accepit gaudens.
Et hæc quidem in sirpea posuit Pisistratus heros
accepta, et omnia suo admiratus-est animo.
Hos autem duxit ad domum capite flavus Menelaus:
sederuntque deinde in sedibusque soliisque.
Aquam autem famula gutturnio defudit ferens,
pulcro, aureo, super argenteum lebetem,
ad-lavandum; juxtaque politam extendit mensam.
Panem vero veneranda proma apposuit ferens:
[fercula multa imponens, gratificans de-præsentibus;]
juxtaque Boethoides carnes dividebat et distribuebat portiones;
sed vinum-fundebat filius Menelai inclyti.
Hi autem ad[TR1] cibos paratos appositos manus extendebant.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
tum vero Telemachus et Nestoris illustris filius

equosque junxerunt, currusque variegatos conscenderunt;
exegerunt autem e-vestibulo et porticu sonora.
Post hos vero Atrides ivit flavus Menelaus,
vinum habens in manu dulce dextra,
aureo in poculo, ut, ubi-libassent, proficiscerentur;
stetit autem ante equos, propinquans _eos_ allocutus-est:

Valete, o juvenes, et Nestori pastori virorum
dicite _salutem;_ certe enim mihi, ut pater, benignus erat,
quamdiu in Troja pugnabamus filii Achivorum.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
et omnino illi, Jovis-alumne, sicut dicis,
omnia hæc profecti narrabimus: utinam enim ego sic,
reversus in-Ithacam, ubi-advenero, Ulyssi in domo
dixerim, ut a te potitus amicæ-exceptionis omnigenæ
veniam, atque afferam opes multas et bonas.

Sic igitur ei locuto supervolavit dextera avis,
aquila album anserem ferens unguibus ingentem,
mansuetum e chorte: ac clamantes sequebantur
viri et mulieres: hæc vero ipsos prope quum-venisset,
dextera emicuit ante equos: hi autem conspicati
gavisi-sunt, et omnibus in mentibus animus exhileratus-est.
His autem Nestorides Pisistratus orsus-est sermonem:

Considera jam, Menelae Jovis-alumne, princeps virorum,
an nobis hoc ostenderit deus portentum, an tibi ipsi.

Sic dixit; cogitabat autem Marti-carus Menelaus,
quomodo ei rite responderet meditatus.
Hunc autem Helena lato-peplo præveniens dixit verbum:

Audite me; at ego vaticinabor, sicut in animo
immortales _mihi_ suggerunt, et sicut perfectum-iri puto.
Sicut hæc anserem rapuit, nutritum in domo,
profecta ex monte, ubi ei genusque partusque:
sic Ulysses mala multa passus, et multum vagatus,
domum redibit, et ulciscetur; aut jam
domi _est;_ quin-etiam procis malum omnibus serit.

Hanc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
sic nunc Jupiter faciat, altitonans maritus Junonis;
ita tibi et illic, deo tanquam, vota-fecerim.

Dixit, et equis scuticam incussit: hi autem valde celeriter
ruerunt ad-campum per urbem promti;
iique toto-die quatiebant jugum utrinque habentes.

Occiditque sol, obumbrabanturque omnes viæ:
ad Pheras autem pervenere Dioclei ad domum,
filii Orsilochi, quem Alpheus genuit filium.
Illi vero noctem dormierunt: is vero eis hospitalia apposuit.

Quando vero mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
equosque junxere, currusque variegatos conscenderunt;
exegeruntque e-vestibulo et porticu sonora;
et scutica-percussit _Pisistratus,_ ut-currerent; hi autem non
inviti volarunt.
Statim vero inde venerunt ad Pyli altam urbem;
et tunc Telemachus allocutus-est Nestoris filium:

Nestoride, quomodo mihi pollicitus perfeceris
verbum meum? hospites autem penitus _nos_ profitemur esse
ex patrum amicitia; atqui et æquales-ætate sumus;
hoc autem iter etiam magis concordia _nos_ conciliabit.
Ne me præter navem agas, Jovis-alumne, sed relinque illic;
ne me senex invitum detineat sua in domo,
cupiens amice-tractare; mihi autem opus _est_ cito pervenire.

Sic dixit: Nestorides autem suo consultabat animo,
quomodo ei _hoc_ rite pollicitus perficeret.
Sic vero ei cogitanti visum-est satius esse:
vertit equos ad navem velocem et _ad_ litus maris:
navis autem in puppim depromebat pulcra dona,
vestes, aurumque; quæ ei Menelaus dederat:
et ipsum adhortans verbis alatis allocutus-est:

Festinanter nunc conscende, jubeque _inscendere_ omnes socios,
priusquam ego domum ivero, renuntiaveroque seni.
Bene enim ego hoc novi in mente et in animo:
qualis _est_ illius animus vehemens, non te dimittet,
sed ipse invitaturus huc veniet; neque eum puto
retro iturum vacuum (_sine te_); valde enim irasceretur omnino.

Sic igitur locutus impulit pulcris-jubis equos

retro Pyliorum in urbem, celeriterque domum pervenit.
Telemachus vero sociis hortans præcepit:[TR2]

Ordinate armamenta, socii, in-nave nigra;
ipsique conscendamus, ut perficiamus iter.

Sic dixit: illi autem ei maxime auscultarunt et paruere.
Statim vero ingrediebantur, et in transtris consedere.
Atque is quidem hæc properabat et supplicabat; sacrificabatque Minervæ
navis ad puppim; prope autem ad-eum venit vir
longinquus, fugiens ex Argo, viro interfecto,
vates; at genere Melampodis proles erat,
qui olim quidem aliquando habitarat in Pylo, matre ovium,
dives inter-Pylios valde egregias ædes habitans:
tum vero aliorum ad-populum pervenit, patriam fugiens,
Neleumque magnanimum, clarissimum viventium,
qui ei opes multas integrum in annum
tenebat vi. Is vero tamdiu quidem in ædibus Phylaci
vinculo in duro ligatus-erat, vehementes dolores patiens,
Nelei gratia filiæ, noxæque gravis,
quam ei in mente posuit dea horrenda Erinnys.
Sed is quidem effugit mortem, et abegit boves valde-mugientes
in Pylum ex Phylace, et ultus-est factum indignum
in-deo-pari Neleo, fratrique uxorem
duxit ad domum. Ipse vero aliorum venit ad-populum,
in Argos equos-pascens: ibi enim ei fatale erat
habitare, multis imperantem Argivis:
ibi autem duxit uxorem et altam posuit domum,
genuitque Antiphaten et Mantium, filios fortes.
Antiphates quidem genuit Oicleum magnanimum;
at Oicleus populi-concitatorem Amphiaraum,
quem ex animo diligebat Jupiterque ægidem-tenens et Apollo
omnigeno amore: nec pervenit _is_ ad-senectutis limen;
sed periit in Thebis, muliebrium gratia donorum.
Huic autem filii nati-sunt Alcmæon, Amphilochusque.
Mantius rursum genuit Polyphidemque, Clitumque:
sed Clitum quidem aureo-solio-insidens rapuit Aurora,
pulcritudinis gratia ipsius, ut immortalibus interesset;
sed magnanimum Polyphidem vatem Apollo
reddidit mortalium longe optimum, postquam obierat Amphiaraus:
qui in-Hyperesiam migravit, patri iratus;
ubi ille habitans vaticinabatur omnibus mortalibus.

Hujus quidem filius advenit, Theoclymenus autem nomen _ei_ erat,
qui tunc prope Telemachus stetit: hunc vero invenit
libantem supplicantemque velocem apud navem nigram;
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

O amice, quoniam te sacrificantem invenio hoc in loco,
oro per sacra et _per_ deum, ac deinde
per tuumque ipsius caput, et socios, qui te comitantur,
dic mihi interroganti vera, neu celes:
quis _et_ unde es hominum? ubi tibi urbs et parentes?

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
etenim ego tibi, hospes, _hæc_ valde accurate dicam.
Ex Ithaca genere sum, pater autem mihi est Ulysses,
si quando erat: nunc vero jam periit tristi interitu.
Propterea nunc sociisque assumtis et nave nigra,
veni interrogaturus de-patre diu absente.

Hunc autem rursus allocutus-est Theoclymenus deo-similis:
sic tibi et ego ex patria _exii,_ viro interfecto
tribule: multi vero fratresque sodalesque _sunt,_
Argos per equos-pascens, multumque pollent inter-Achivos:
horum elapsus cædem et fatum nigrum
fugio: quippe mihi fatale _est_ inter homines vagari.
Sed me navi impone, quia tibi in-fuga supplicavi,
ne me interficiant: persequi enim _eos me_ puto.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
non quidem jam te _conscendere_ volentem depellam a-navi æquali:
sed sequere; at illic amice-excipieris _ex eiis_ qualia habemus:

Sic igitur locutus, ejus accepit æream hastam;
et hanc super tabulata extendit navis utrinque-recurvæ:
conscendit autem et ipse navem pontum-transeuntem.
In puppi vero deinde consedit, juxtaque se ipsum
sedere-fecit Theoclymenum: illi autem rudentes solverunt.
Telemachus vero socios hortatus jussit
armamenta capessere: illi autem festinanter obedierunt.
Malum autem abiegnum concava in basi
statuerunt erectum; ac pedibus _navis_ astrinxerunt;
traxeruntque vela alba bene-tortis loris.

His autem secundum ventum misit cæsiis-oculis Minerva,
acrem ingruentem per aerem, ut citissime
navis emetiretur currens maris salsam aquam.
[Præteriere vero Crunos et Chalcidem pulcre-fluentem.]

Occiditque sol, obumbrabanturque omnes viæ:
illa autem Pheas appellebat, impulsa Jovis vento-secundo;
et apud Elidem divinam, ubi dominantur Epei.
Hinc vero rursus insulis immisit _eam_ Acutis,
cogitans, utrum mortem fugeret, an caperetur.

Illi autem in casa, Ulysses et divinus subulcus,
cœnabant; apud ipsos vero cœnabant _et_ viri alii.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
inter-eos Ulysses locutus-est, subulcum tentans,
utrum ipsum amplius studiose curaret, manereque juberet
illic in stabulo, an hortaretur ad-urbem _ire:_

Audi nunc, Eumæe, ceterique omnes socii;
mane ad urbem cupio discedere
mendicaturus, ut ne te atteram et socios.
Sed me bene mone, et simul ductorem bonum præbe,
qui me illuc ducat: per urbem autem ipse necessitate
vagabor, si forte quis poculum et panis-frustum porrexerit.
Et profectus ad ædes Ulyssis divini,
nuntium dixero prudenti Penelopæ,
et procis insolentibus me-immiscuero,
si mihi cœnam dederint, cibum infinitum habentes.
Statim bene perfecero inter ipsos, quicquid voluerint.
Etenim tibi dicam; tu vero attende, et mihi ausculta.
Mercurii voluntate internuntii, qui utique omnium
hominum operibus gratiam et gloriam præbet,
officio-servili non mihi contenderit mortalis alius,
ad-ignemque bene cumulandum, ac ligna sicca discindenda,
carnesque dividendas, et ad-assandum, et ad-vinum-infundendum;
qualia optimatibus præstant inferiores.

Hunc autem valde indignatus allocutus-es, Eumæe subulce:
hei mihi, hospes, cur tibi in mente hoc cogitatum
fuit? certe tu omnino cupis illic perire,
si revera procorum vis ingredi cœtum,
quorum injuriaque violentiaque ad-ferreum cœlum pervenit.
Nequaquam tales sunt ministri illorum;
sed juvenes, lænas bene induti ac tunicas,
semperque nitidi capitibus et pulcris vultibus,
qui ipsis subministrant: bene-politæ autem mensæ
pane, et carnibus, et vino oneratæ sunt.
Sed mane; non enim quisquam te molestatur præsente,
neque ego, nec quisquam alius sociorum, qui mihi sunt.
At postquam venerit Ulyssis dilectus filius,
ille te lænaque tunicaque vestimentis induet,
deducetque _eo_ quo te cor animusque jubet.

Huic autem respondit deinde audens divinus Ulysses:
utinam sic, Eumæe, dilectus Jovi patri fieres,
ut mihi, quod me cessare-fecisti a-vagando et ærumna gravi.
Vagatione vero non est pejus aliud mortalibus:
sed propter perditum ventrem malas curas habent
viri, quemcunque invaserit vagatio, calamitasque, et dolor.
Nunc vero quoniam detines, manereque me illum jubes,
dic, age, mihi de matre Ulyssis divini,
de-patreque, quem reliquit, profectus, in senectutis limine,
sicubi adhuc vivant sub radiis solis,
an jamjam mortui-sint, et in Plutonis ædibus.

Hunc autem rursus allocutus-est subulcus, princeps virorum:
etenim ego tibi, hospes, _hæc_ valde accurate narrabo.
Laertes quidem adhuc vivit, Jovi autem supplicatur semper,
ut-anima _sibi_ a membris pereat suis in ædibus:
vehementer enim de-filio dolet absente,
deque-ingenua uxore, prudente; quæ ipsum maxime
tristitia-affecit obiens et in præmatura senectute posuit.
Illa autem dolore de-suo filio periit glorioso
lugenda morte: sic ne moriatur, quicunque mihi
hic habitans amicus sit, et amica faciat.
Quamdiu illa igitur quidem erat, dolens quantumvis,
tamdiu aliquid mihi dilectum erat sciscitari et interrogare,
quoniam me ipsa nutrivit, una-cum Ctimena peplum-trahente,
filia eximia, quam minimam-natu peperit liberorum:
cum-hac simul nutriebar, paulo autem meminus honorabat.
Ac postquam ad-pubertatem optabilem perveneramus ambo,
hanc quidem postea in-Samum nuptum-dedere, et infinita acceperunt:
at me lænaque tunicaque vestimentis illa
pulcris valde ubi-induerat, pedibusque calceamenta dederat,
in-agrum emisit; diligebat autem me corde magis.

Nunc vero jam his indigeo; sed mihi ipsi
opus incremento-augent beati dii, in-quo versor:
ex-his comedique, bibique, et venerandis _hospitibus_ dedi.
Ex domina autem haud dulce licet audire
nec verbum, neque aliquod opus: quoniam malum incidit domui,
viri insolentes: valde vero famuli indigent
coram domina loqui, et singula interrogare,
et edere, bibereque: deinde autem et aliquid portare
in-agrum, qualia quidem animum semper famulis lætificant.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
dii boni! ut parvulus adhuc, Eumæe subulce,
multum jactatus-es seorsum a-tua patria ac parentibus.
Sed age mihi hoc dic et accurate enarra,
utrum vastata sit urbs virorum viis-latis,
in qua habitabat pater et veneranda mater;
an te solum-relictum apud oves, vel apud boves,
viri hostiles navibus ceperint, et vendiderint
hujusce viri in ædes, hic autem dignum pretium dederit.

Hunc autem rursus allocutus-est subulcus, princeps virorum:
hospes, quoniam jam hæc me percontaris et interrogas,
silentio nunc attende et delectare, bibeque vinum,
sedens; hæ autem noctes immensæ: licet quidem dormire,
licet etiam sese-oblectantibus audire; nec te oportet,
ante horam cubitum-ire: nocumentum _est_ etiam multus somnus.
Ceterorum autem quemcunque cor et animus jubet,
decumbat egressus: simul autem cum-aurora illucescente
jentaculo-sumto, una sues heriles sequatur.
Nos autem in casa bibentesque edentesque,
doloribus alter-alterius delectemur tristibus,
recordantes; namque etiam doloribus delectatur vir,
qui-quidem valde multa passus-fuerit, et multum erraverit.
Hoc autem tibi dicam, quod me percontaris et interrogas.

Insula quædam Syria vocatur, si forte audisti;
Ortygiam supra, ubi _sunt_ conversiones solis,
non ita valde-magna; sed bona quidem,
fertilis-boum, fertilis-ovium, vino-abundans, tritici-ferax.
Fames vero nunquam populum invadit, neque ullus alius
morbus odiosus _ibi_ incidit miseris mortalibus;
sed quando senescunt in urbe gentes hominum,
veniens argenteum-arcum-gestans Apollo cum Diana,
suis lenibus telis aggrediens interficit.
Illic duæ urbes; bifariam autem ipsis omnia divisa-sunt:
in-his vero ambabus pater meus imperabat,
Ctesius Ormenides, assimilis immortalibus.

Illuc autem Phœnices re-nautica-inclyti venerunt viri,
veteratores, innumeras ducentes merces-ludicras nave nigra.
Erat autem patris mei mulier Phœnissa in domo,
pulcraque magnaque, et splendida opera sciens:
hanc autem Phœnices percallidi decipiebant:
cum-_ea_-lavante quidam primum mixtus-est, cavam apud navem,
concubitu et amore: quæ quidem mentes decipiunt
imbecillis mulieribus, etiam _tali_ quæ frugi fuerit.
Interrogabat autem postea, quænam esset, et unde venisset:
hæc autem cito admodum patris indicavit altam domum:

Ex Sidone quidem abundante-æris me-glorior esse;
filia vero sum Arybantis ego abunde divitis:
sed me abripuerunt Taphii, latrones viri,
ex-agro venientem; vendideruntque me huc deductam
hujusce viri ad-ædes; hic autem dignum pretium dedit.

Hanc autem rursus allocutus-est vir, qui _ei_ coierat clam:
numquid jam retro rursus una nos domum sequereris,
ut videas patris et matris altam domum,
ipsosque? certe enim etiamnum sunt, et divites vocantur.

Hunc vero rursus allocuta-est mulier, et respondit sermone:
fieri-possit et hoc, si mihi velitis, nautæ,
jurejurando fidem dare, _vos_ incolumem me domum abducturos.

Sic dixit: illi autem omnes jurabant, sicut jussit.
Ac postquam jurarantque peregerantque jusjurandum,
inter-eos rursus locuta-est mulier, et respondit sermone:

Tacite _agatis_ nunc, ne quis me alloquatur verbis
vestrorum sociorum, obviam-factus vel in via,
vel alicubi ad fontem: ne-quis ad domum seni
profectus aperiat; is autem suspicatus liget _me_
vinculo in duro, vobis vero moliatur interitum.
Sed retinete in mente verbum, et properate emtionem viaticorum.
Sed quando jam navis plena victu fuerit,
nuntius mihi deinde celeriter ad ædes veniat:

afferam enim et aurum, quodcunque sub-manus venerit;
et vero aliud naulum ego volens sane dedero.
Filium enim viri boni in ædibus nutrio,
astutum jam talem, simul-cursitantem foras;
hunc duxero in navem; hic vero vobis infinitum pretium
compararit, quocunque vendendum-vexeritis ad alienos homines.

Hæc quidem sic fata, abiit ad ædes pulcras.
Illi autem per-annum totum apud nos ibidem manentes
in navi cava facultates multas emebant;
sed quando jam cava navis onerata-erat ipsis ad-redeundum,
tunc nuntium miserunt, qui nuntiaret mulieri.
Venit vir sollers mei ad ædes patris,
aureum monile habens, _quod_ electris intersertum erat:
hoc quidem in domo famulæ et veneranda mater
manibusque tractabant, et oculis spectabant,
pretium pollicitæ: ille autem huic innuit tacite.
Atque ille postquam-innuerat, cavam ad navem ivit;
hæc autem me manu prehensum ædibus eduxit foras;
invenit vero in vestibulo et poculum et mensas
virorum convivarum, qui circa-meum patrem versabantur,
(illi quidem in consessum processerant, populique cœtum):
hæc autem statim tria pocula abscondita sub sinu
efferebat; at ego sequebar stultitia.
Occidebatque sol, obumbrabanturque omnes viæ:
nos vero in portum inclytum venimus celeriter vadentes,
ubi Phœnicum virorum erat velox-per-mare navis.
Hi quidem deinde _nave_ conscensa navigabant humidas vias,
nobis _navi_ impositis: ac Jupiter ventum-secundum mittebat.
Sex-diebus quidem simul navigabamus noctesque et dies;
sed quando jam septimum diem Jupiter induxit Saturnius,
deinde mulierem quidem feriit Diana sagittis-gaudens:
in-sentinamque _ea_ insonuit delapsa, sicut marina fulica;
et hanc quidem phocis et piscibus escam futuram
ejecerunt: at ego relictus-sum, dolens corde.
Hos autem Ithacæ appulit ferens ventusque et aqua;
ubi me Laertes emit possessionibus suis.
Sic hancce terram ego vidi oculis.

Huic autem rursus nobilis Ulysses respondit sermone:
Eumæe, certe valde jam mihi in mente animum commovisti,
hæc singula dicens, quantos jam passus-sis dolores animo.
Verum enimvero tibi quidem etiam ad-malum bonum apposuit
Jupiter, quippe in-viri ædes pervenisti, multa perpessus,
mitis, qui jam tibi præbet cibumque potumque
sedulo; degis autem bonam vitam: at ego
multas hominum per urbes vagans huc veni.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur:
dormierunt vero non multum in tempus, sed paululum;
statim enim Aurora venit in-pulcro-solio. Verum ad terram
Telemachi socii solvebant vela; demiseruntque malum
confestim; ipsamque _navem_ in stationem subduxere remis:
ancoras autem ejecerunt, et retinacula alligarunt:
atque ipsi egrediebantur in litus maris,
cœnamque parabant, miscebantque nigrum vinum.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
his Telemachus prudens exorsus-est sermones.

Vos quidem nunc ad-urbem agite navem nigram;
at ego agros adibo, et pastores;
vespertinus vero in urbem, visis meis operibus, revertar.
Mane autem vobis viaticum-epulum apposuero,
convivium bonum carniumque et vini dulcis-potu.

Hunc autem rursus allocutus-est Theoclymenus deo-similis:
quonam ego, dilecte fili, ibo? cujus ædes accedam
virorum, qui in aspera Ithaca dominantur?
an recta tuam matrem adibo et tuam domum?

Hunc autem Telemachus prudens contra allocutus-est:
alias quidem te ego et nostram-ad _domum_ juberem
ire: haud enim _ibi_ ulla hospitalium inopia _est;_ sed tibi ipsi
pejus _esset:_ quoniam tibi ego quidem abero, nec te mater
videbit; nequaquam enim frequenter procis in domo
apparet, sed seorsum ab-his in-cœnaculo telam texit.
At tibi alium virum indicabo, quem adeas,
Eurymachum, Polybi prudentis inclytum filium,
quem nunc instar dei Ithacenses suspiciunt:
etenim longe optimus vir _est,_ cupitque maxime
matrem meam ducere-uxorem, et Ulyssis munus habere.
Sed hæcce Jupiter novit Olympius, in-æthere habitans,
an ipsis ante nuptias perficiat malum diem.

Sic igitur ei locuto supervolavit dextera avis,
accipiter, Apollinis velox nuntius; in pedibus autem

vellebat columbam tenens, ac pennas defundebat ad-terram,
in-medio inter-navemque et ipsum Telemachum.
Illum autem Theoclymenus a-sociis seorsum ubi-vocarat,
inhæsitque ei manu, verbumque dixit et elocutus-est:

Telemache, nequaquam sine deo volavit dextera avis;
cognovi enim ipsam, contra intuitus, alitem-auguralem esse.
Vestro autem non est genere regalius aliud
in populo Ithacæ; sed vos potentes _eritis_ semper.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
utinam enim hoc, hospes, verbum perfectum sit;
ita cito cognoveris amicitiamque et _acceperis_ multa dona
ex me, adeo-ut aliquis te occurrens beatum-diceret.

Dixit, et Piræum allocutus-est, fidum socium:
Piræe Clytide, tu vero mihi ceteris _in rebus_ maxime
obsequeris meorum sociorum, qui me in Pylum comitati-sunt:
etiam nunc mihi hunc hospitem ducens in ædibus tuis
sedulo amice-tracta et honora, donec _ipse_ venero.

Hunc autem rursus Piræus hasta-inclytus contra allocutus-est:
Telemache, etiamsi tu multo tempore hic maneas,
hunc ego curabo; hospitalium autem ei desiderium non erit.

Sic locutus, navem conscendit, jussitque socios
ipsosque ascendere, et retinacula solvere.
Hi autem statim inscendebant, et in transtris consedere.
Telemachus vero sub pedibus ligavit pulcros calceos,
sumsitque validam hastam, præfixam acuto ære,
navis a tabulatis: illi autem retinacula solverunt.
Hi quidem _navem_ in-altum-agentes navigabant in urbem, ut jusserat
Telemachus, dilectus filius Ulyssis divini.
Hunc autem celeriter progredientem pedes ferebant, donec venit in-caulam,
ubi ei erant sues perplurimæ, apud-quas subulcus,
bonus ut-erat, dormiebat, dominis bene cupiens.

[TR1] "ab" -> "ad"
[TR2] "præcepit;" -> "præcepit:"

Odysseæ XVI.—Telemachi agnitio Ulyssis.

ARGUMENT: THE DISCOVERY OF ULYSSES TO TELEMACHUS.

Telemachus arriving at the lodge of Eumaeus, sends him to carry Penelope the news of his return. Minerva appearing to Ulysses, commands him to discover himself to his son. The princes, who had lain in ambush to intercept Telemachus in his way, their project being defeated, return to Ithaca.

TEXT:

Hi autem in casa, Ulysses et divinus subulcus,
parabant jentaculum simul-cum aurora, accenso igne,
emiseruntque pastores cum congregatis suibus:
Telemachum vero circum-adulabantur canes latratores,
neque illatrabant advenienti. Vidit autem divinus Ulysses
adulantesque canes, circumvenitque _eum_ sonus pedum:
statim vero Eumæum verbis alatis allocutus-est:

Eumæe, certe omnino aliquis tibi veniet huc socius,
vel et notus alius; quoniam canes non latrant,
sed circum-adulantur; pedum vero subtus sonum audio.

Nondum totus dictus-erat sermo, quando ei dilectus filius
stetit in vestibulo. Attonitus autem exsiliit subulcus;
atque ei e-manibus cecidere vasa, quibus utebatur,
miscens nigrum vinum: ipse vero obvius ivit hero,
osculatusque-est ipsi caputque et ambo lumina pulcra,
manusque ambas; uber autem ei excidit lacrima.
Sicut vero pater suum filium amanti animo amplectitur,
reversum e longinqua terra decimo anno,
unicum, in-senectute-genitum, super quo dolores multos passus-sit:
sic tunc Telemachum deo-similem divinus subulcus
totum osculatus-est circumhærens, tanquam e morte elapsum:
et ejulans _eum_ verbis alatis allocutus-est:

Venisti, Telemache, dulce lumen? non te amplius ego
_me_ visurum putabam, postquam ivisti navi in-Pylum;

sed age, nunc ingredere, dilecte fili, ut te animo
delecter aspiciens, recens aliunde intro advenientem.
Nequaquam enim frequenter agrum adis, nec pastores,
sed in-urbe-manes: sic enim tibi placebat animo,
virorum procorum aspicere exitiosum cœtum.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus est:
erit sic, pater: tui vero causa huc venio,
ut teque oculis videam, et sermonem audiam,
si mihi adhuc in ædibus mater maneat, an aliquis jam
virorum alius _eam_ duxerit; Ulyssis autem fere cubile
inopia stragularum malas araneas jacet habens.

Hunc autem rursus allocutus-est subulcus, princeps virorum:
et perquam illa manet patienti animo
tuis in ædibus: luctuosæ vero ei semper
pereunt noctesque et dies lacrimas-fundenti.

Sic igitur locutus, ejus accepit æream hastam:
atque is introibat, et transivit lapideum limen.
Ei autem _suam_ sedem ingresso pater cesserat Ulysses;
Telemachus vero ex-altera-parte prohibebat, dixitque:

Sede, o hospes; nos autem et alibi inveniemus sedem
tugurio in nostro: adest vero vir, qui _talem_ ponet.

Sic dixit: ille autem retrogressus inde consedit: huic autem subulcus
substravit viridia virgulta, et pellem insuper;
ibi consedit deinde Ulyssis dilectus filius.
Illis autem carnium lances apposuit subulcus
assarum, quas quidem priori _die_ reliquerant comedentes;
panem autem festinanter accumulabat in canistris,
atque inde in poculo miscebat dulce vinum:
ipse vero e-regione sedit Ulyssis divini.
Hi autem ad cibos paratos appositos manus porrigebant.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
tum vero Telemachus allocutus-est divinum subulcum:

Pater, unde tibi hospes hic venit? quomodo autem ipsum nautæ
duxerunt in Ithacam? quosnam _se_ esse profitebantur?
nequaquam enim ipsum pedibus puto huc venisse.

Hunc autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
enimvero ego tibi, fili, vera omnia dicam.
Ex Creta quidem genere se-profitetur _esse_ lata:
dicit autem _se_ multis hominum in urbibus versatum-esse
errantem; sic enim ei destinavit hæc deus.
Nunc autem Thesprotorum virorum e nave elapsus
venit meum ad stabulum, ego vero tibi _eum_ in-manus-tradam:
fac quomodo vis; supplicem vero tibi _se_ profitetur esse.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
Eumæe, certe valde hoc verbum animum-tristans dixisti:
quomodo enim jam hunc hospitem ego suscipiam domi?
Ipse quidem juvenis sum, et nondum manibus confisus-sum
virum ut-propulsem, quando aliquis prior lacessiverit;
matri autem meæ bifariam animus in mente cogitat,
utrum illic apud me maneat et domum curret,
torumque reverens mariti, populique famam;
an jam una sequatur Achivorum _eum,_ quicunque optimus
ambit _eam_ in ædibus vir, et plurima dederit.
Verum enimvero hospitem, quoniam tuam advenit domum,
induam ipsum lænaque tunicaque, vestimentis pulcris;
dabo autem ensem ancipitem, et pedibus calceamenta:
dimittamque, quo ipsum cor animusque jubet.
Sin vero velis, tu curato _eum,_ in stabulis detentum;
vestimenta autem huc ego mittam et cibum omnem,
ad-edendum, ut ne te atterat et socios.
Illuc vero non ipsum equidem inter procos siverim
ire; valde enim petulantem insolentiam habent,
ne ipsum conviciis-proscindant, mihi autem dolor fiat gravis.
Efficere vero difficile _est_ aliquid inter plures unum
virum, etiam fortem; quoniam multo potentiores sunt.

Illum autem rursus affatus-est audens divinus Ulysses:
o amice, quoniam sane mihi etiam respondere fas est,
certe valde meum corroditur audientis carum cor,
de iis qualia dicitis procos injusta moliri
in ædibus, invito te, talis quum-sis.
Dic mihi, utrum sponte succumbas, an te cives
oderint in populo, obsequentes dei voci:
an aliquid fratribus succenseas; quibus-quidem vir
pugnantibus confidit, etiam si magna contentio orta-sit.
Utinam enim ego sic juvenis essem hoc cum animo,
vel filius ex Ulysse eximio, vel etiam ipse

[venerit errans: adhuc enim et spei copia _est:_]
ilico deinde mihi caput abscinderet alienus vir,
si non ego illis malum omnibus fierem,
profectus in domum Laertiadæ Ulyssis:
sin vero rursus me multitudine domarent, solus quum-essem,
mallem in meis interfectus ædibus
mori, quam hæc quidem semper indigna opera videre,
hospitesque male-tractatos, famulasque mulieres
illos violantes indigne in ædibus pulcris,
et vinum exhaustum, et cibum comedentes
temere sic, in-infinitum, nunquam-perfecto in opere.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
enimvero ego tibi, hospes, _hæc_ valde accurate dicam.
Nec quicquam mihi universus populus invisus irascitur,
nec fratribus succenseo: quibus-quidem vir
pugnantibus confidit, etiam si magna contentio orta-sit.
Ita enim nostrum genus per-unicos-demisit Jupiter;
unicum Laerten Arcesius filium genuit,
unicum autem rursus Ulyssem pater genuit; at Ulysses
unicum me in ædibus genitum liquit, nec _me_ fruitus-est.
Ideo nunc inimici valde multi sunt in domo.
Quotquot enim insulis dominantur optimi,
Dulichioque, Samoque, et nemorosæ Zacyntho,
et quot per asperam Ithacam dominantur,
tot matrem meam ambiunt, atteruntque domum.
Illa autem neque abnegat odiosas nuptias, nec finem
facere potest; hi autem absumunt comedentes
domum meam: cito vero me perdent et ipsum.
Sed enim hæc quidem deorum in genibus posita-sunt.
Pater, tu vero vade ocyus, prudenti Penelopæ
dic, quod ei salvus sum, et ex Pylo veni.
At ego hic manebo, tu autem huc redi,
soli ubi-nuntiaris; ceterorum vero nullus Achivorum
audiat: multi enim mihi mala moliuntur.

Hunc autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
cognoscio, sapio; hæc sane intelligenti imperas.
Sed age mihi hoc dic et accurate præcipe,
an et Laertæ eadem via nuntius eam
infelici; qui eousque quidem ob-Ulyssem valde dolens,
operaque inspiciebat, et cum famulis in domo
bibebat et edebat, quando animus in pectoribus juberet;
at nunc, ex quo tu abiisti navi in-Pylum,
nondum ipsum dicunt edisse et bibisse sic _ut solebat,_
neque opera inspexisse; sed suspirioque fletuque
sedet lamentans; tabescit autem circum ossa corpus.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
tristius _est,_ sed nihilominus ipsum sinemus, dolentes licet.
Si enim ullo-pacto essent proprii-arbitrii omnia mortalibus,
primum mei patris eligeremus reditus diem.
Sed tu ubi-nuntiaveris, revertere; neu per agros
vagare ad illum: at matri dic,
ut-famulam œconomam ire-jubeat quam citissime
clam; illa etenim nuntiaverit seni.

Dixit, et excitavit subulcum: hic autem cepit manibus calceos,
ligatisque _iis_ sub pedibus ad-urbem ibat. Nec Minervam
latebat a stabulo profectus Eumæus subulcus;
sed ea prope venit: corpore vero assimilata-est mulieri
pulcræque magnæque, et splendida opera scienti.
Stetit autem e-regione-ostii casæ Ulyssi apparens;
nec Telemachus _eam_ vidit coram, neque advertit:
(nequaquam enim omnibus dii apparent manifesti:)
sed Ulyssesque, canesque viderunt, atque non latrarunt,
cum gannitu vero aliorsum per stabulum trepidaverunt.
Illa autem superciliis innuit; animadvertit vero divinus Ulysses;
exivitque domo extra magnum murum caulæ,
stetitque ante ipsam: eum vero allocuta-est Minerva:

Generose Laertiade, sollers Ulysse,
jam nunc tuo filio verbum dic, neu cela;
ut procis mortem et fatum ubi-composueritis,
eatis ad urbem inclytam: neque ego ipsa
diu a vobis abero, promta ad-pugnandum.

Dixit, et aurea virga tetigit _eum_ Minerva:
vestem quidem ei primum bene-lotam et tunicam
posuit circa pectora; corpusque auxit et vigorem.
Rursus autem nigro-colore factus-est, genæque distentæ-sunt,
cæruleique facti-sunt pili circa mentum.
Illa quidem, ita quum fecisset, recessit: at Ulysses
ivit in casam: stupuit vero ipsum dilectus filius;
territusque aliorsum vertit oculos, _veritus_ ne deus esset,
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

Alius mihi, hospes, apparuisti modo, quam ante,
alia autem vestimenta habes, et tibi corpus haud-amplius simile.
Certe omnino aliquis deus es _eorum_ qui cœlum latum tenent:
sed propitius-esto, ut tibi grata demus sacra,
et aurea dona, arte-elaborata: parce vero nobis.

Huic autem respondit inde audens divinus Ulysses:
neutiquam deus sum; cur me immortalibus assimilas?
sed pater tuus sum, cujus gratia tu suspirans
pateris dolores multos, injurias sustinens virorum.

Sic igitur locutus, filium osculatus-est, a genisque
lacrimam mittebat humi: ante autem continuerat-se indesinenter
usque.
Telemachus vero (nondum enim credebat suum patrem esse)
rursus ipsum verbis respondens allocutus-est:

Haud tu Ulysses es, pater meus; sed me deus
decipit, ut adhuc magis lugens suspirem.
Nequaquam enim mortalis vir hæc machinatus-esset
suo ipsius quidem animo; nisi quando deus ipse aggressus,
facile volens faceret juvenem aut senem.
Certe enim modo eras senex, et turpiter vestitus-eras;
nunc vero diis similis-es, qui cœlum latum tenent.

Hunc autem respondens affatus-est ingeniosus Ulysses:
Telemache, non te decet dilectum patrem, intus quum-sit,
neque mirari supra-modum nec stupere.
Nequaquam enim tibi amplius alius veniet huc Ulysses:
sed ille ego talis, passus mala, multumque vagatus,
veni vicesimo anno in patriam terram.
Verum tibi hoc opus _est_ Minervæ prædatricis
quæ me talem fecit, uti vult; potest enim;
alias quidem mendico similem, alias autem rursus
viro juveni, et pulcra circa corpus vestimenta habenti.[TR1]
Facile vero _est_ diis, qui cœlum latum tenent,
et illustrem-facere mortalem hominem, et vilem-reddere.

Sic igitur locutus consedit: Telemachus vero
circumfusus patrem bonum lugebat, lacrimas stillans.
Ambobus autem ipsis desiderium subortum-est fletus:
plorabant vero stridule, abundantius quam aves,
aquilæ, vel vultures unguibus-aduncis, quibus pullos
rustici abstulerint, antequam volatiles facti-sint:
sic igitur illi miserabiliter sub superciliis lacrimam fundebant.
Et sane ejulantibus occidisset lumen solis,
nisi Telemachus allocutus-fuisset suum patrem subito:

Quali nam nunc huc, pater, navi te nautæ
duxerunt in Ithacam? quosnam _se_ esse profitebantur?
nequaquam enim te pedibus puto huc venisse.

Hunc autem rursus allocutus-est audens divinus Ulysses:
enimvero ego tibi, fili, verum enarrabo.
Phæaces me duxerunt re-nautica-inclyti, qui et alios
homines deducunt, quicumque ad-ipsos venerit:
et me dormientem in navi veloci super pontum vehentes
deposuerunt in Ithaca: dederunt autem mihi splendida dona,
æsque aurumque abunde, vestimentaque texta:
et hæc quidem in speluncis deorum consilio jacent.
Nunc autem huc veni admonitionibus Minervæ,
ut inimicorum de cæde consultemus.
Sed age mihi procos enumera-et recense,
ut sciam, quotque et quinam viri sint:
et meo in animo eximio habita-deliberatione,
considerem, si nos possimus contra-_eos_-stare,
soli sine aliis, an et conquiremus alios.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
o pater, sane tuam magnam gloriam semper audiebam,
manibusque _te_ bellatorem esse, et prudentem consilio:
sed nimis magnum dixisti; stupor me tenet: nec liceret
viros duos cum-multis et fortibus pugnare.
Procorum autem nec sane decas una, nec duæ solæ,
sed multo plures _sunt;_ cito autem scies hic numerum.
Ex Dulichio quidem duo et quinquaginta
juvenes selecti, sex vero _eos_ famuli comitantur:
ex Samo autem quatuorque et viginti viri sunt;
et ex Zacyntho sunt viginti juvenes Achivorum;
ex ipsa vero Ithaca duodecim omnes optimi,
et cum ipsis simul est Medon præco, et divinus cantor,
et duo ministri, periti epulas-instruendi.
His si omnibus nos-offeramus intus versantibus,
vereor ne perquam-amare et graviter _eorum_ injurias
ulciscaris reversus.
Sed tu, si possis aliquem adjutorem excogitare,

considera, qui nobis auxilietur lubenti animo.

Hunc autem rursus allocutus-est audens divinus Ulysses:
enimvergo ego dicam; tu vero attende et me audi,
et considera, si nobis Minerva cum Jove patre
sufficiat, an aliquem alium adjutorem excogitem.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
boni sane isti _sunt_ adjutores, quos memoras,
alte quidem in nubibus sedentes; qui utique et aliis
viris dominantur, et immortalibus diis.

Hunc autem rursus allocutus-est audens divinus Ulysses:
haud quidem illi multo tempore seorsum aberunt
a-pugna forti, quando procis et nobis
in ædibus meis robur decernetur Martis.
Sed tu quidem nunc vade, simul cum-aurora illucescente,
domum, et cum-procis insolentibus versare:
at me ad urbem subulcus postea ducet,
mendico misero similem, et seni.
Si autem me ignominia-afficiant in domo, tuum tamen carum cor
tolerato in pectoribus, male patiente me.
Etiamsi vel per domum pedibus _me_ trahant foras,
vel telis percutiant: tu tamen inspiciens tolerato.
At sane cessare jube ab-inspientia,
lenibus verbis compellans; illi vero tibi nequaquam
parebunt; jam enim ipsis adest fatalis dies.
[Aliud autem tibi dicam, tu vero in mente repone tua:
quando abundans-consiliis in mente _mihi_ ponet Minerva,
innuam quidem tibi ego capite; tu autem deinde, quum-intellexeris,
quæcunque tibi in ædibus Martia arma jacent,
in secessum alti thalami depone sublata,
omnia prorsus: at procos blandis verbis
palpare, quando te percontentur _arma_ desiderantes;
dicens, Ex fumo deposui quoniam non-amplius illis similia-sunt,
qualia quondam ad-Trojam proficiscens reliquit Ulysses;
sed fœdata-sunt, quantum ignis attigit vapor.
Insuper autem mihi hoc majus in mente posuit Saturnius,
ne qua vino-gravati, contentione concitata inter vos,
vos-invicem vulneretis, fœdetdisque convivium,
et nuptiarum-ambitum; ipsum enim allicit virum ferrum.
Nobis vero solis duos enses, et duas hastas
relinque, et duo scuta-bubula manibus sumenda,
ut impetu-facto capiamus; illos autem postea
Pallas Minerva demulcebit, et providus Jupiter.]
Aliud autem tibi dicam, tu vero in mente repone tua;
si vere meus es, et sanguinis nostri,
ne-quis postea Ulyssem audiat intus esse,[TR2]
neque etiam Laertes sciat hoc, nec subulcus,
nec quisquam domesticorum, neque ipsa Penelope:
sed soli, tuque egoque, mulierum cognoscamus ingenium:
et aliquem famulorum virorum etiam tentemus;
tam ubi aliquis nos honoret et timeat animo,
quam qui non curet, teque parum-honoret, talis quum-sis.

Hunc autem respondens allocutus-est splendidus filius:
o pater, sane meum animum et postea, opinor,
cognosces; nequaquam enim animi-remissio me tenet:
sed neutiquam hoc emolumento ego fore puto
nobis ambobus; te vero considerare jubeo.
Diu enim sic vades unumquemque tentans
opera ipsorum adiens; illi autem in ædibus quieti
opes devorant præter-modum, nec superest parsimonia.
Sed sane te mulieres ego explorare hortor,
quæque te parum-honorent, et quæ inculpatæ sint:
viros autem non ego per stabula vellem
nos explorare, sed postea hæc curare,
si modo vere aliquod nosti Jovis signum ægidem-tenentis.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
At deinde in-Ithacam deducebatur navis bene-fabricata,
quæ tulerat Telemachum a-Pylo, et omnes socios:
hi vero quum jam portum valde-profundum intrassent,
navem quidem ii nigram in terram traxerunt,
arma autem ipsis avexerunt magnanimi ministri;
statimque ad Clytii _domum_ ferebant perpulcra dona.
At præconem præmiserunt domum ad Ulyssis,
nuntium dicturum prudenti Penelopæ,
quod Telemachus quidem in agro maneat, navem autem jusserit
ad-urbem inde-navigare; ut ne verita in animo
præstans regina teneras lacrimas defunderet.
Atque occurrerunt-sibi-invicem præco et divinus subulcus,
ejusdem gratia nuntii, dicturi mulieri.
Sed quando jam pervenerant _in_ domum divini regis,
præco quidem medias inter ancillas dixit:

Jam tibi, regina, dilectus filius venit.
Penelopæ autem dixit subulcus prope astans
omnia, quæcunque ei dilectus filius _ipsum_ jusserat loqui.[TR3]
Ac postquam omne præceptum renuntiarat,
profectus-est ire ad sues; liquit autem septaque et domum.

Proci vero tristati-sunt, dolueruntque in animo:
exiverunt autem domo præter magnum murum atrii,
atque illic ante januas sedebant.
His vero Eurymachus, Polybi filius, incipiebat loqui:

O amici, certe magnum opus superbe perfectum-est
Telemacho, iter hoc: putabamus autem ei non perfectum-iri.
Sed agite, navem nigram trahamus, quæ _sit_ optima;
inque _eam_ remiges marinos congregemus, qui citissime
illis nuntient ocyus ut-domum redeant.

Nondum totum dictum-erat, quando Amphinomus vidit navem,
conversus ex loco _suo,_ portum profundum intra,
velaque contrahentes, remosque manibus tenentes.
Suaviter autem ridens locutus-est inter-suos sodales:

Ne quem amplius nuntium jubeamus-ire; hi enim _jam sunt_ intus:
vel aliquis eis hoc dixit deorum, vel viderunt ipsi
navem prætervehentem, eam autem non potuerunt assequi.

Sic dixit: illi autem ubi-surrexere, iverunt ad litus maris;
statim vero navem nigram in terram traxerunt,
arma autem ipsis avexerunt magnanimi ministri.
Ipsi vero in concilium iverunt conferti, nec quemquam aliorum
sinebant, nec juvenum una-considere, nec senum.
Inter-hos autem Antinous locutus-est, Eupithei filius:

Dii boni! ut hunc virum dii a-malo liberarunt!
Die quidem speculatores sedebant in cacuminibus ventosis,
semper alii-post-alios; simul autem cum-sole occidente,
nunquam in terra noctem peregimus, sed in ponto
navi veloci navigantes, exspectabamus Auroram divinam,
Telemacho insidiantes, ut interficeremus captum
ipsum: hunc autem tunc quidem abduxit domum deus.
Nos vero hic ei consultemus gravem interitum,
Telemacho; neque nos subterfugiat: non enim puto,
eo quidem vivente, perfectum-iri hæc opera.
Ipse enim peritus _est_ consilioque menteque:
cives autem non-amplius omnino nobis gratificantur.
Sed agite, antequam ille congregarit Achivos
in concionem; (nequaquam enim remisse-acturum ipsum puto,
sed iram fovebit, dicetque inter omnes, exsurgens,
quod ei cædem gravem struebamus, neque assecuti-sumus:
illi autem non laudabunt audientes mala opera:
metuoque, ne-quod malum faciant et nos expellant
terra nostra, alium vero adeamus populum:)
sed prævertamus _eum_ interficiendo in agro procul ab-urbe,
vel in via: victum autem ipsi et possessiones habeamus,
divisas æqualiter inter nos; ædes vero demum
illius matri dederimus habendas et _ei_ quicunque _eam_ duxerit.
Sin autem vobis hic sermo displicet, sed mavultis
ipsumque vivere et habere paterna omnia,
ne ei deinceps opes affatim animo-gratas comedamus,
hic congregati, sed ex domo _sua_ unusquisque
ambiat _eam_ sponsaliis petens; illa vero deinde
nupserit _ei,_ qui plurima dederit, et fatalis venerit.

Sic dixit: hi autem omnes muti facti-sunt silentio.
His vero Amphinomus concionatus-est et dixit,
Nisi splendidus filius, Aretiadæ regis:
qui quidem ex Dulichio tritici-feraci, herbosa,
dux-erat procis, maxime autem Penelopæ
placebat sermonibus; mente enim utebatur bona:
qui ipsis bene-cupiens concionatus-est, et dixit:

O amici, non equidem interficere velim
Telemachum; grave vero genus regium est
interficere: sed primum deorum interrogemus consilia.
Si quidem probent Jovis magni jura,
ipseque interficiam, aliosque omnes jubebo:
sin vero avertant dii, quiescere suadeo.

Sic dixit Amphinomus; illis autem placebat sermo.
Statim deinde quum-surrexissent, iverunt in domum Ulyssis:
advenientesque, considebant in politis sedibus.

At rursus aliud cogitavit prudens Penelope,
procis ut-se-ostenderet violentam insolentiam _animis_
habentibus.
Resciverat enim de-sui filii in ædibus _patranda_ cæde;

præco enim ei dixit Medon, qui audierat consilia.
Profectaque-est ire ad-domum cum famulis mulieribus.
Sed quando jam ad procos pervenit divina inter-mulieres,
stetit ad postes domus affabre structæ,
genis obtendens nitida redimicula;
Antinoum vero increpabat, verbumque dixit et elocuta-est:

Antinoe, insolentiam habens, mali-machinator; atqui te dicunt
in populo Ithacæ inter æquales esse optimum
consilio et verbis; tu vero nequaquam talis eras.
Insane, cur autem tu Telemacho fatumque mortemque
struis, nec supplices curas, quibus utique Jupiter
testis _est injuriarum?_ non vero fas _est_ mala suere sibi-invicem.
An non nosti, quando huc pater tuus venit fugiens,
populum veritus? jam enim irati-erant valde,
quoniam prædones comitatus Taphios
malo-affecerat Thesprotos; hi vero nobis amici erant:
illum inde volebant occidere, et perdere _ejus_ carum cor,
et victum consumere sufficientem magnum:
verum Ulysses inhibebat et retinebat, cupientes licet.
Hujus nunc domum ignominiose comedis, ambisque uxorem,
filiumque interficis, meque magno dolore-afficis:
sed te cessare hortor et jubere alios _cessare._

Hanc autem rursus Eurymachus, Polybi filius, contra allocutus-est:
filia Icarii, prudens Penelope,
confide, ne tibi hæc in mente tua curæ-sint.
Non est hir vir, neque erit, neque fuerit,
qui Telemacho tuo filio manus inferat,
vivente quidem me et super terra vidente.
Sic enim edico, et sane perfectum erit:
statim ei sanguis ater fluet circum hastam
nostram; quoniam et mihi urbium-vastator Ulysses
sæpe, genibus suis _me_ imponens, carnem assam
in manibus posuit, præbuitque vinum rubrum.
Ideo mihi Telemachus omnium multo carissimus est
virorum: nec quicquam ipsum mortem timere jubeo
a procis certe; divinitus autem _evenientem_ non est effugere.

Sic dixit animum-addens; ei autem struebat ipse mortem.
Illa autem quum-ascendisset in-cœnaculum splendidum,
flebat inde Ulyssem, dilectum maritum, donec ei somnum
dulcem palpebris immisit cæsiis-oculis Minerva.

Vespertinus autem Ulyssi et filio divinus subulcus
advenit: hi vero inde cœnam scite parabant,
sue mactato anniculo. At Minerva,
prope astans, Laertiaden Ulyssem
virga percussum, iterum fecit senem,
turpiaque vestimenta induit circa corpus; ne eum subulcus
cognosceret coram intuitus, et prudenti Penelopæ
iret nuntiatum, neque mente contineret.

Ad hunc Telemachus prior sermonem dixit:
venisti, divine Eumæe. Quænam jam fama est per urbem?
num jam proci eximii intus sunt _reversi_
ex insidiis? an adhuc me denuo observant domum euntem?

Hunc autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
non curæ-erat mihi hæc inquirere et interrogare,
per-urbem incedenti: citissime me animus jussit,
nuntio dicto, rursus huc redire.
Occurrit autem mihi a sociis nuntius velox,
præco, qui jam primus verbum tuæ matri dixit.
Aliud vero utique hocce novi: hoc enim vidi oculis.
Jam super urbem, ubi Mercurialis collis est,
eram profectus, quando navem velocem vidi descendentem
in portum nostrum; multi autem erant viri in ipsa:
gravataque-erat scutis, et hastis utrinque-acutis:
et ipsos putavi illos esse; neque-vero quicquam scio.

Sic dixit; subrisit autem sacra vis Telemachi,
patrem oculis intuitus; vitabat autem subulcum.

Hi vero ubi jam cesserant ab-opere, appararantque convivium,
convivati-sunt; nec quicquam animus indigebat convivio æquo.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
de-lectoque cogitarunt, et somni donum cepere.

[TR1] "habenti," -> "habenti."
[TR2] "esse." -> "esse,"
[TR3] "loqui," -> "loqui."

Odysseæ XVII.—Telemachi reditus Ithacam.

ARGUMENT:

Telemachus returning to the city, relates to Penelope the sum of his travels. Ulysses is conducted by Eumaeus to the palace, where his old dog Argus acknowledges his master, after an absence of twenty years, and dies with joy. Eumaeus returns into the country, and Ulysses remains among the suitors, whose behaviour is described.

TEXT:

Quando autem mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
tum jam inde sub pedibus ligavit pulcros calceos
Telemachus, dilectus filius Ulyssis divini:
sumsit autem validam hastam, quæ ei manibus apta-erat,
ad-urbem iturus, et suum allocutus-est subulcum:

Pater, nempe ego vadam in urbem, ut me mater
videat; non enim ipsam ante cessaturam puto
a-ploratuque tristi, fletuque lacrimoso,
quam ipsum me aspexerit; sed tibi-quidem sic præcipio:
hospitem infelicem duc in urbem, ut illic
victum mendicet: dabit autem ei, quicunque voluerit,
panem et poculum: mihi vero haudquaquam licet omnes
homines sustinere, habenti quidem dolores animo.
Hospes autem si valde irascatur, gravius _hoc_ ipsi
erit: certe enim mihi gratum _est_ vera loqui.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
o amice, neque sane ipse detineri cupio:
mendico melius est in urbe, quam in agris,
cibum mendicare; dabit autem mihi, quicunque voluerit.
Non enim, apud stabula ut-maneam, amplius ea-ætate, sum
quo imperanti hero in-omnibus paream.
Sed vade; me vero ducet vir hic, quem tu jubes,
statim, postquam igne caluero, teporque factus-fuerit;
valde enim hæc vestimenta habeo mala: _cavendum_ ne me conficiat
frigus matutinum; procul autem urbem dicitis esse.

Sic dixit: Telemachus vero per stabulum ivit,
velociter pedibus progrediens; mala autem procis serebat.
Sed postquam pervenerat ad-ædes habitantibus-commodas,
hastam quidem statuit ad columnam inclinans,
ipse autem intro ibat, et transgressus-est lapideum limen.

Hunc vero longe prima vidit nutrix Euryclea,
pelles sternens sedibus in artificiosis.
Lacrimans autem deinde recta _ad eum_ ivit; circumque aliæ
ancillæ Ulyssis audentis-animi congregabantur,
et osculabantur _ei_ amplectantes caputque et humeros.

Atque egrediebatur e thalamo prudens Penelope,
Dianæ similis, aut aureæ Veneri:
circum vero filium dilectum jecit brachia lacrimans;
osculataque-est ipsi caputque et ambo lumina pulcra,
et ejulans verbis alatis _eum_ allocuta-est:

Venisti, Telemache, dulcis lux! Non te amplius ego
visuram _me_ putabam, postquam iveras nave in-Pylum
clam, me invita, dilecti ad-quærendam patris famam.
Sed age mihi narra, quemadmodum tibi-contigit videre.

Illam autem rursus Telemachus prudens contra allocutus est:
mater mea, ne mihi fletum excita, neu mihi cor
in pectoribus commove, elapso licet grave exitium:
sed lota, puris corpori vestimentis sumtis,
[in cœnaculum ubi-ascenderis cum famulis mulieribus,]
vove omnibus diis perfectas hecatombas
_te_ sacrificaturam, sicubi Jupiter vindictæ opera perfecerit.
At ego ad-forum transibo, ut vocem
hospitem, qui me illinc una secutus-est huc venientem.
Illum quidem ego præmisi cum eximiis sociis;
Piræum autem ipsum jussi ad domum ducentem
cum-cura amice-tractare et honorare, donec _ipse_ venissem.

Sic igitur locutus-est; huic vero non-evolans erat sermo
(_i.e. tacuit_).
Ipsa vero lota, puris corpori vestimentis sumtis,
vovebat omnibus diis perfectas hecatombas
_se_ sacrificaturam, sicubi Jupiter vindictæ opera perficeret.

Telemachus autem deinde per domum _transiens_ exivit,
hastam habens: unaque eum canes pedibus veloces sequebantur.

Divinam autem gratiam in-eum defudit Minerva;
eumque inde omnes populi advenientem admirabantur.
Circa vero ipsum proci illustres congregabantur,
bona prædicantes, mala autem mentibus profunde-cogitabant.
Atque ille horum quidem inde declinabat magnum cœtum,
sed, ubi Mentor sedebat, et Antiphus, et Halitherses,
qui-quidem ei a principio paterni erant amici,
illic consedit adiens: illi autem interrogabant singula.
Ad-hos vero Piræus hasta-inclytus prope venit,
hospitem ducens ad-concionem per urbem: neque adhuc diu
Telemachus ab-hospite procul aversus-erat, sed ei astitit.
Hunc et Piræus prior sermone allocutus-est:

Telemache, statim jube-ire meam ad domum mulieres,
ut tibi dona remittam, quæ tibi Menelaus dedit.

Illum autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
Priæe, non enim scimus, quomodo erunt hæc opera.
Si forte me proci illustres in ædibus
clam interfecto, paterna omnia diviserint,
ipsum habentem te malo _iis_ frui, quam aliquem horum:
sin autem ego his cædem et mortem struxero,
tum demum mihi gaudenti fer ad ædes gaudens.

Sic locutus, hospitem ærumnosum duxit in domum.
Ac postquam pervenerant ad-ædes habitantibus-commodas,
lænas quidem deposuerunt in soliisque sedibusque;
inque balnea ingressi bene-polita lavati-sunt.
Hos autem postquam famulæ laverant et unxerant oleo,
circum _eos_ deinde lænas villosas jecerunt et tunicas;
e balneoque _ipsi_ egressi in soliis consedere.
Aquam autem ancilla gutturnio infundebant ferens,
pulcro, aureo, super argenteum lebetem,
ad-lavandum; juxtaque politam extendit mensam.
Panem autem verecunda proma apposuit ferens,
ferculis multis impositis, largiens de-præsentibus.
Mater vero ex-adverso sedebat ad postes domus
solio inclinata, tenuia pensa versans.
Hi autem ad cibos paratos appositos manus porrigebant.
Ac postquam potus et cibi desiderium exemerant,
illis sermones exorsa-est prudens Penelope:

Telemache, sane ego in-cœnaculum ubi-ascendero,
decumbam in lectum, qui mihi luctuosus factus-est,
semper lacrimis meis imbutus, ex quo Ulysses
abiit cum Atridis ad Ilium: nec mihi sustinuisti,
antequam venirent proci illustres in hanc domum,
reditum tui patris aperte dicere, sicubi audivisti.

Hanc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
enimvero ego tibi, mater, verum enarrabo.
Ivimus inque Pylum, et _ad_ Nestorem, pastorem virorum;
exceptum autem me ille in excelsis ædibus
cum-cura amice-tractabat, tanquam pater suum filium,
reversum sero recens aliunde: sic me ille
sedulo curabat, _ipse_ cum filiis gloriosis.
At de-Ulysse audentis-animi minime dicebat,
nec vivo nec mortuo, terrestrium ex-ullo _se_ audivisse:
sed me ad Atriden, hasta-inclytum Menelaum,
cum-equis demisit et curribus coagmentatis.
Illic vidi Argivam Helenam, cujus gratia multa
Argivi Trojanique deorum voluntate laborarunt.
Interrogabat vero statim deinde bello strenuus Menelaus,
cujusnam _rei_ indigens venissem Lacedæmonem divinam:
at ego ei omnem veritatem enarravi:
et tunc me verbis respondens allocutus-est:

Dii-boni! profecto valde fortis viri in lecto
voluerunt cubare, imbelles ipsi quum-sint.
Sicut autem quando in lustro cerva fortis leonis
hinnulos ubi-cubare-fecerit recens-natos, lactentes,
saltus investigat et valles herbosas
pascens, hic vero statim suum ingressus-est cubile,
ambobusque illis sævam mortem infert:
ita Ulysses illis sævam mortem inferet.
Utinam enim, Jupiter pater, et Minerva, et Apollo,
talis existens, qualis olim bene-ædificata in Lesbo
ex contentione cum-Philomelide luctatus-est surgens,
prostravitque _eum_ fortiter, gavisi-sunt autem omnes Achivi;
talis existens cum-procibus versaretur Ulysses;
omnes et brevis-ævi fierent et amaris-nuptiis.
Ista vero, quæ me interrogas et precaris, non ego
alia præter _verum_ dixero declinando, nec _te_ decipiam:
sed quæ quidem mihi dixit senex marinus verax,
horum nullum tibi ego celabo verbum, neque occultabo.
Dixit ipsum is in insula _se_ vidisse duros dolores habentem,

Nymphæ in ædibus Calypsus, quæ ipsum necessitate
detinet: ille vero non potest suam in-patriam terram venire:
non enim ei adsunt naves remigio-instructæ et socii,
qui ipsum devehant super lata dorsa maris.

Sic dixit Atrides, hasta-inclytus Menelaus.
His peractis redii: dederunt autem mihi ventum-secundum
immortales, qui me celeriter dilectam in patriam misere.

Sic dixit: illi autem animum in pectoribus commovebat.
Inter-hos vero et locutus-est Theoclymenus deo-similis:

O uxor veneranda Laertiadæ Ulyssis,
nempe ille non clare novit; meo autem attende sermoni:
vere enim tibi vaticinabor, neque occultabo.
Sciat nunc Jupiter primum deorum, hospitalisque mensa
focusque Ulyssis eximii, ad-quem veni,
quod sane Ulysses jam in patria terra
sedens, vel reptans, hæc audiens mala opera,
est, at procis malum omnibus serit:
talem ego avem bonis-transtris-instruca in navi
sedens observavi, et Telemacho nuntiavi.

Hunc autem rursus allocuta-est prudens Penelope:
utinam enim hoc, hospes, verbum perfectum esset:
ita cito sentires amicitiamque, multaque dona _acciperes_
ex me, ut aliquis te occurrens beatum-diceret.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Proci autem ante Ulyssis domum
discis delectabantur et hastilibus jaculantes,
in fabrefacto pavimento, ubi pridem insolentiam exercebant.[TR1]
Sed quando jam cœnæ-tempus erat, et advenerunt pecudes
undique ex agris (ii autem agebant _eas,_ qui et antea):
tum vero ipsis dixit Medon; hic etenim maxime
placebat præconum, et ipsis aderat in-convivio:

Juvenes, postquam-jam omnes delectati-estis animo certaminibus,
ite ad ædes, ut paremus convivium:
nequaquam enim malum _est_ in tempore cœnam capere.

Sic dixit: illi autem surgentes abibant, parebantque sermoni.
Ac postquam venerant in-ædes habitantibus-commodas,
lænas quidem deposuerunt in sedilibusque soliisque;
ipsi autem mactabant oves magnas et pingues capras,
mactabantque sues pingues, et bovem armentalem,
convivium parantes. Illi vero ex agro ad-urbem
properabant-ire, Ulyssesque et divinus subulcus.
Inter-eosque sermones exorsus-est subulcus, princeps virorum:

Hospes, quia jam subinde ad-urbem ire cupis
hodie, sicut jussit dominus meus (certe te ego
hic mallem stabulorum custodem relictum-esse:
sed illum vereor, et timeo, ne me postea
objurget: graves vero dominorum sunt increpationes):
sed age nunc eamus: jam enim præteriit maxima-ex-parte
dies; at cito tibi ad vesperam frigidius erit.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
cognosco, sapio; hæc jam intelligenti præcipis.
Sed eamus; tu autem deinde perpetuo præi.
Da vero mihi, sicubi baculum tibi cæsum est,
ad-innitendum; quoniam dicitis valde-lubricam esse viam.

Dixit, et circum humeros turpem sibi-jaciebat peram
crebris-locis laceram; inerat vero tortile lorum-ad-suspendendum.
Eumæus autem inde ei baculum animo-gratum dedit.
Hi iverunt: stabulum vero canes et pastores viri
custodiebant, pone manentes; ipse autem in urbem ducebat regem,
mendico misero similem et seni,
baculo innitentem: turpia autem circa corpus vestimenta
indutus-erat.

Sed quando jam vadentes viam per asperam
urbem prope erant, et ad fontem pervenerant
structum, pulcre-fluentem, unde aquabantur cives,
quem fecit Ithacus, et Neritus, ac Polyctor;
circum vero alnorum aquis-nutritarum erat nemus,
undique rotundum, defluebatque frigida aqua
alte ex petra: ara autem supra facta-erat
Nympharum, ubi omnes sacra-faciebant viatores:
illic ipsos assecutus-est filius Dolii Melantheus,
capras agens, quæ omnibus antecellebant gregibus,
cœnam procis; duo autem una sequebantur pastores.
Illos autem conspicatus increpuit, verbum dixit et elocutus-est,
vehementer et indigne: commovebat ver cor Ulyssis:

Nunc quidem sane cum-maxime malus malum ducit:
adeo semper similem ducit deus ad similem.
Quonam jam hunc voracem ducis, nihili subulce,
mendicum molestum, conviviorum contaminatorem?
qui multis postibus astans atteret humeros,
petens frusta, non tripodas, neque lebetas;
hunc si mihi dares stabulorum custodem ut-relinquam,
chortisque-curator ut-sit, frondemque hædis ferat;
tum serum bibens, magnum _sibi_ femur efficeret.
Sed quandoquidem sane opera mala didicit, non volet
opus-rusticum obire, sed mendicans per populum
mavult petendo pascere suum ventrem insatiabilem.
Verum tibi edico, hoc vero et perfectum erit:
si iverit ad ædes Ulyssis divini,
multa ei circum caput _jacta_ scabella virorum e manibus
latera deterent per domum percussi.

Sic dixit, et accedens _ei_ calce insultavit per-insipientiam
in-coxam; nec-tamen ipsum a-semita deturbavit,
sed _is_ manebat firme; ac deliberabat Ulysses,
utrum irruens baculo animum _ei_ eriperet,
an ad terram dejiceret caput, circa-solum sublato.
Sed pertulit, animoque cohibuit-se; illum vero subulcus
increpuit contra intuitus; valdeque precatus-est, manibus
sublatis:

Nymphæ fontanæ, filiæ Jovis, si-unquam Ulysses
vobis femora combussit, cooperta pingui adipe,
agnorum et hædorum, hoc mihi perficite votum,
ut veniat quidem ille vir, adducat autem ipsum deus:
ita tibi fastus utique dissiparit omnes,
quos nunc contumeliosus fers, vagans semper
per urbem; at pecudes mali perdunt pastores.

Hunc autem rursus allocutus-est Melanthius, pastor caprarum:
dii boni! quale dixit canis, exitiosa sciens!
quem aliquando ego in navi bonis-transtris nigra
agam longe ab-Ithaca, ut mihi opes multas _venditus_ paret.
Utinam enim Telemachum interficeret argenteo-arcu-Apollo
sic hodie in ædibus, vel a procis domaretur,
sicut Ulyssi quidem procul periit reditus dies.

Sic locutus, hos quidem liquit illic, lente euntes,
at ipse abivit; valde autem celeriter ad ædes pervenit regis.
Statim autem introivit, et inter procos consedit,
e-regione Eurymachi; hunc enim diligebat maxime.
Ei quidem carnium partem apposuerunt _ii_ qui ministrabant;
panem autem verecunda proma apposuit ferens,
ad-comedendum. Prope vero Ulysses et divinus subulcus
steterunt venientes; circumvenit autem ipsos sonus
citharæ cavæ: nam illis incipiebat canere
Phemius: atque ille manu prehensum allocutus-est subulcum:

Eumæe, certe omnino hæ _sunt_ ædes pulcræ Ulyssis:
facile autem dignoscendæ sunt etiam inter multas visu.
Ex aliis aliæ _ædes_ sunt: instructa-est autem ei aula
muro et septis: januæ vero bene-obseptæ sunt
bifores; haud-quisquam eam vir insultaverit.
Cognosco autem, quod multi in ipsa convivia instruunt
viri; quoniam nidor quidem ascendit, intus autem cithara
sonat, quam utique convivio dii fecerunt sociam.

Hunc autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
facile nosti; quippe neque in-aliis quidem _rebus_ es stultus.
Sed age jam consultemus, quomodo futura-sint hæc opera.[TR2]
Vel tu primus ingredere ædes habitantibus-commodas,
inferque-te procis; ego autem relinquar hic:
si vero vis, mane, egoque ibi præ:
neu tu morare, ne-quis te extra conspicatus
vel percutiat, vel pellat; hæc te considerare jubeo.

Huic autem respondit deinde audens divinus Ulysses:
cognosco, sapio; hæc jam intelligenti præcipis.
Sed i præ, ego autem relinquar hic.
Non enim omnino plagarum inscius _sum,_ neque ictuum:
patiens mihi animus, quoniam mala multa passus-sum
undis et bello; cum illis et hoc quoque fiat.
Ventrem autem haudquaquam licet abscondere avidum,
perditum, qui multa mala hominibus dat:
cujus gratia et naves bonis-transtris-instructæ armantur,
pontum super infructuosum, mala inimicis ferentes.

Sic hi quidem talia inter se dicebant.
Atque canis caputque et aures jacens erexit,
Argus, Ulyssis audentis-animi, quem quondam ipse
nutrivit quidem, neque _eo_ fruitus-est; prius vero ad Ilium

sacrum
abiit. Hanc autem antea ducere-solebant juvenes viri
capras in silvestres, et cervos, et lepores:
tum vero jacebat neglectus, absente domino,
in multo stercore, quod ei antes fores
mulorumque boumque abunde fusum-erat; donec auferrent
servi Ulyssis prædium magnum stercoraturi:
illic canis jacebat Argus, plenus ricinorum.
Tunc vero, ut agnovit Ulyssem prope stantem,
cauda quidem iste adulatus-est, et aures dejicit ambas;
prope autem non-amplius tum potuit suum dominum
venire: at hic seorsum conspicatus abstersit lacrimam,
facile latens Eumæum; statim autem interrogabat sermone:

Eumæe, certe omnino mirandum, canis hic jacet in fimo;
pulcer quidem corpore est, at hoc non clare scio,
si utique et velox fuerit cursu cum forma hac,
an sic, quales quidem mensales canes virorum
sunt; deliciarum vero gratia _eos_ nutriunt domini.

Hunc autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
et sane viri canis hic _est_ procul mortui.
Si talis esset _nunc_ et corpore, atque etiam operibus,
qualem ipsum Trojam profectus reliquit Ulysses,
statim admirareris, conspicatus velocitatem et robur.
Nequaquam enim effugiebat densæ in-profundis silvæ
bellua, quamcunque egisset; nam etiam vestigiis _eas_ perquam-cognovit:
nunc autem tenetur malo: dominus vero seorsum a-patria
periit; hunc autem mulieres negligentes non curant.
Servi vero, quando non-amplius imperant domini,
non-amplius postea volunt justa operari.
Dimidium enim virtutis aufert late-sonans Jupiter
viro, quando ipsum servilis dies corripuerit.

Sic locutus, intravit ædes habitantibus-commodas;
ivit autem recta per-domum ad procos illustres.
Argum vero deinde fatum occupavit atræ mortis,
statim ut-viderat Ulyssem vigesimo anno.

Longe autem primus vidit Telemachus deo-similis
venientem per domum subulcum; cito autem deinde _ei_
innuit, ad se vocans: isque ubi-circumspexerat, cepit sellam
jacentem, ubi coquus insidere-solebat, carnes multas
distribuens procis, in domo convivantibus:
hanc deposuit ferens ad Telemachi mensam
ex-adverso; ibi vero ipse insedit: ei autem deinde præco
partem sumtam apposuit, e canistroque panem sublatum.

Proxime autem post illum ingressus-est ædes Ulysses,
mendico misero similis et seni,
baculo innitens; ac turpia circa corpus vestimenta indutus-erat.
Sedebat autem super fraxineum limen intra fores,
acclinatus posti cupresseo, quem quondam faber
poliverat scite et ad perpendiculum exegerat.
Telemachus vero ad se vocatum allocutus-est subulcum,
panemque totum ubi-sumserat perpulcro ex canistro,
et carnes, quantum ei manus capiebant comprehendenti:

Da hospiti hæc ferens, _inquit,_ ipsumque jube
mendicare prorsus omnes obeuntem procos:
pudor autem non _est_ bonus indigenti viro ut-adsit.

Sic dixit: ivit autem subulcus, postquam sermonem audierat;
prope vero stans verba alata _Ulyssi_ dixit:

Telemachus tibi, hospes, dat hæc, et te jubet
mendicare, prorsus omnes obeuntem procos:
pudorem autem non bonum dicit esse vero mendico.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
Jupiter rex, _fac_ Telemachum mihi inter viros beatum esse;
et ei omnia fiant quæcunque mente sua agitat.

Dixit, et ambabus _manibus_ accepit, et deposuit
ibidem, ante pedes, turpi super pera.
Comedebat autem, quamdiu cantor in ædibus canebat.
Quando ille cœnaverat, tum cessavit divinus cantor;
proci vero tumultuati-sunt per-ædes. At Minerva,
prope astans, Laertiaden Ulyssem
concitavit, ut panes a procis colligeret,
cognosceretque, quinam essent justi, quique injusti:
sed neque sic quemquam exemtura-erat malo.
Profectusque-est ire petiturus dextrorsum a-viro quoque,
undique manum porrigens, tanquam si mendicus olim fuisset.

Hi vero miserantes dabant, et admirabantur ipsum;
inter-seque interrogabant, quisnam esset, et unde venisset.
His autem locutus-est Melanthius, pastro caprarum:

Audite me, proci inclytæ reginæ,
hoc super hospite; profecto enim ipsum antea vidi:
nempe ei huc subulcus dux-fuit:
ipsum autem non clare scio, unde _se_ genere profiteatur esse.

Sic dixit: Antinous autem verbis objurgavit subulcum:
o notissime subulce, cur vero tu hunc in-urbem
duxisti? an non satis nobis errones sunt et alii,
mendici molesti, conviviorum contaminatores?
an parvis-pendis, quod tibi victum comedunt domini
hic congregati, tu vero etiam alicunde hunc vocasti?

Eum autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
Antinoe, non quidem bona, etiamsi strenuus sis, loqueris:
quis enim demum hospitem vocat aliunde ipse _eum_ adiens,
alium scilicet, nisi eorum _aliquem,_ qui artifices-sunt,
vatem, vel medicum malorum, vel fabrum lignorum,
vel etiam divinum cantorem, qui delectet canens?
hi enim vocati utique _sunt_ hominum super immensa terra:
mendicum vero nemo vocarit, attriturum se ipsum.
Sed semper difficilis super omnes es procos
servis Ulyssis, præcipue vero mihi; at ego
non curo, quamdiu mihi prudens Penelope
vivit in ædibus, et Telemachus deo-similis.

Illum autem rursus Telemachus prudens contra allocutus est:
tace, ne mihi huic responde multum verbis;
Antinous autem consuevit male irritare semper
verbis asperis, incitatque etiam alios.

Dixit, et Antinoum verbis alatis allocutus-est:
Antinoe, profecto me bene, pater sicuti filium, curas,
qui _me_ hospitem jubes a domo pellere
verbo violento: ne hoc deus perfecerit!
Da ei _aliquid_ sumtum; non tibi invideo; jubeo enim ego:
neu jam matrem meam verere hac-_in_-re, neu quemquam alium
servorum, qui in ædibus _sunt_ Ulyssis divini.
Sed non tibi talis _est_ in pectoribus cogitatio:
ipse enim comedere multo mavis, quam dare alii.

Illuma utem rursus Antinous respondens allocutus-est:
Telemache altiloque, animo indomite, quale dixisti!
Si ei tantum omnes præberent proci,
etiam ipsum tres menses procul-hinc domus detineret.

Sic igitur dixit; et scabellum prehensum ostendit-desub mensa,
jacens, cui quidem imponebat nitidos pedes epulans.
Ceteri autem omnes dabant impleveruntque inde peram
pane et carnibus: cito sane et erat Ulysses,
rursus ad limen profectus, dona gustaturus Achivorum:
stetit autem juxta Antinoum, etipsum sermone allocutus-est:

Da, amice; haud quidem mihi videris pessimus Achivorum
esse, sed optimus, quoniam regi similis-es.
Ideo te oportet dare, et melius, quam alii quidem,
de-pane; ego autem te laudabo per immensam terram.
Etenim ego aliquando domum inter homines habitam
beatus divitem, et sæpe dabam erroni
tali, qualiscunque esset, et cujuscunque _rei_ indigens venisset:
erant autem _mihi_ servi valde plurimi, aliaque multa,
quibus quidem bene vivunt _homines,_ et divites vocantur.
Sed Jupiter pessumdedit Saturnius (voluit enim fere),
qui me cum latronibus multivagis impulit
in-Ægyptum ire, longum iter, ut perirem:
statui vero in Ægypto fluvio naves utrinque-recurvas.
Tunc quidem ego hortabar dilectos socios
illic apud naves ut-manerent et naves tuerentur;
speculatores autem ad speculas jussi ire.
Hi vero insolentiæ cedentes, obsecuti impetui suo,
cito admodum Ægyptiorum virorum perpulcros agros
populabantur, ac mulieres abducebant et infantes liberos,
ipsosque interficiebant: cito vero in-urbem pervenit clamor.
Illi autem clamorem audientes simul cum aurora apparente
venerunt; impletusque-est totus campus peditibusque et equis,
ærisque fulgore: Jupiter autem gaudens-fulmine
fugam meis sociis malam immisit; nec quisquam sustinuit
consistere contra; circùm enim mala undique stabant.
Ibi nostrûm multos quidem interfecerunt acuto ære,
alios vero abduxerunt vivos sibi operaturos necessitate.
At me in Cyprum hospiti dederunt obviam-facto,
Dmetori Iasidæ, qui Cypro potenter imperabat:
inde demum nunc huc venio, damna patiens.

Huic autem rursus Antinous respondit, dixitque:
quis deus hanc pestem adduxit, convivii molestiam?
sta sic in medium _profectus,_ mea procul a mensa,
ne cito in-amaram Ægyptum et Cyprum venias:
adeo quidam audax et impudens es mendicus.
Ordine omnibus astas: hi autem dant
temere; quia nulla _est_ parsimonia, nec miseratio
de-alienis largiendi; quoniam adsunt multa cuique.

Hunc autem retrogressus allocutus-est ingeniosus Ulysses:
dii boni! haud ergo tibi cum forma etiam mens erat:
non tu-sane ex domo tuo supplici vel salem dares,
qui nunc alienis assidens, haud-quicquam mihi sustinuisti
de-pane delibatum dare; multa autem adsunt.

Sic dixit; Antinous vero iratus-est in-corde magis,
et ipsum torve intuitus verbis alatis allocutus-est:

Nunc jam te non-amplius bene ex domo certe puto
retro cessurum, quandoquidem jam et opprobria dicis.

Sic dixit; et scabello prehenso _ei_ feriit dextrum humerum,
extimum in dorsum: is autem stetit tanquam rupes,
firmiter; nec sane ipsum commovit ictus Antinoi;
sed tacite movit caput, mala profunde-cogitans.
Rursus autem ad limen profectus desidebat, atque inde peram
deposuit bene-plenam: inter procos vero locutus-est:

Audite me, proci inclytæ reginæ,
ut dicam, quæ me animus in pectoribus jubet.
Nequaquam quidem dolor est in mente, neque omnino luctus,
quando vir, pro suis pugnans possessionibus,
percutitur, vel pro bovibus, vel candidis ovibus:
at me Antinous percussit ventrem ob malum,
perditum, qui multa mala hominibus dat.
Sed sicubi mendicorum quidem dii et Erinnyes sunt,
Antinoum ante nuptias finis mortis deprehendat.

Hunc autem rursus Antinous allocutus-est, Eupithei filius:
comede tranquillus, hospes, sedens, aut abi alio;
ne te juvenes per ædes trahant, qui-talia loquaris,
vel pede, vel etiam manu; lacerent autem totum.

Sic dixit: illi vero omnes vehementer indignati-sunt;
sic autem aliquis dicebat juvenum superbientium:

Antinoe, non bene quidem percussisti infelicem erronem,
perdite; si forte quis cœlestis deus sit!
Etenim dii, hospitibus similes peregrinis,
omnimodos se-ferentes, versantur-per urbes,
hominum insolentiamque et æquitatem inspicientes.

Sic igitur dicebant proci: ille autem non curabat verba;
Telemachus vero in corde quidem magnum luctum alebat
de-percusso; nec tamen lacrimam humi demisit e palpebris,
sed tacite movit caput, mala profunde cogitans.

Hunc autem postquam audiverat prudens Penelope
percussum in domo, inter ancillas proinde dixit:

Utinam sic ipsum te percuteret inclytus-arcu Apollo.
Hanc autem rursus Eurynome œconoma sermone allocuta-est:

Si enim votis exitus nostris adesset,
haud quisquam horum ad-Auroram pulcro-solio perveniret.

Hanc autem rursus allocuta-est prudens Penelope:
nutrix, inimici quidem _sunt_ omnes, quoniam mala machinantur;
Antinous vero maxime atræ morti similis-est.
Hospes quidem infelix vagatur per domum,
a-viris petens; egestas enim _eum_ jubet;
ibi ceteri quidem omnes impleveruntque, dederuntque;
hic autem scabello _ei_ extimum percussit dextrum humerum.

Hæc quidem sic loquebatur inter famulas mulieres,
sedens in thalamo; at cœnabat divinus Ulysses:
illa autem ad-se vocatum allocuta-est divinum subulcum:

Vade, divine Eumæe, profectus hunc hospitem jube
venire, ut aliquatenus ipsum conveniam et interrogem,
sicubi de-Ulysse audentis-animi vel audiverit,
vel _eum_ viderit oculis: multivago enim similis-est.

Hanc autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
utinam enim tibi, regina, tacerent Achivi:
qualia hic loquitur, _his_ mulceretur tibi carum cor.

Tres enim jam ipsum noctes habui, tres autem dies detinui
in casa: primum enim ad-me venit, a-nave aufugiens;
sed nondum calamitatem absolvit suam narrans.
Sicut autem quando cantorem vir aspicit, qui ex diis
canit doctus carmina delectabilia mortalibus,
hunc autem insatiabiliter cupiunt audire, quando canit:
sic me ille mulcebat assidens in ædibus.
Dicit autem _se_ Ulyssis hospitem paternum esse,
in-Creta habitantem, ubi Minois genus est.
Inde jam nunc huc venit ærumnas patiens,
supplex-provolutus: affirmat autem de-Ulysse _se_ audivisse,
prope _versante,_ Thesprotorum virorum in ubere populo,
vivo: multas autem ducit res-pretiosas suam ad-domum.

Hunc autem rursus-allocuta-est prudens Penelope:
vade, huc _eum_ voca, ut coram ipse dicat.
Hi autem vel in-foribus sedentes delectentur,
vel illic in ædibus: quippe ipsis animus lætus _est._
Ipsorum etenim possessiones integræ repositæ-sunt in domo
cujusque,
panis et vinum dulce: ea quidem domestici _ipsorum_ edunt:
ipsi vero in nostram _domum_ divertentes dies omnes,
boves mactantes, et oves, et pingues capras,
epulantur, bibuntque nigrum vinum,
temere; plurima autem absumuntur. Non enim adest vir,
qualis Ulysses erat, malum a domo qui-arceat.
Sin autem Ulysses redierit et perveniret in patriam terram,
statim cum suo filio injurias ulciscetur virorum.

Sic dixit: Telemachus autem alte sternuit; circumque domus
horrendum resonuit: risit vero Penelope;
statimque deinde Eumæum verbis alatis allocuta-est:

Vade mihi, hospitem coram huc voca.
Nonne vides, quod mihi filius sternuit-ad omnia verba?
ideo etiam non imperfecta mors procis fuerit,
omnibus prorsus, nec quisquam mortem et fatum evitarit.
Aliud autem tibi dicam, tu vero in mente reconde tua:
si ipsum cognovero vera omnia dicentem,
induam ipsum lænaque tunicaque, vestimentis pulcris.

Sic dixit: ivit vero subulcus, postquam sermonem audiverat;
propeque stans verbis alatis _Ulyssem_ allocutus est:

Hospes pater, vocat te prudens Penelope,
mater Telemachi; sciscitari aliquid ipsam animus
de marito jubet, quamvis dolores passa _sit._
Si vero te cognoverit vera omnia dicentem;
induet te lænaque tunicaque, quibus tu maxime
indiges; panemque etiam petens per populum
ventrem pasces: dabit vero tibi quicunque voluerit.

Hunc autem rursus allocutus-est audens divinus Ulysses:
Eumæe, statim ego vera omnia dicam
filiæ Icarii, prudenti Penelopæ:
novi enim bene de illo, parem autem sustinuimus ærumnam.
Sed procorum difficilium subtimeo cœtum;
quorum injuriaque visque ad-ferreum cœlum pervenit.
Etenim nunc, quando me hic vir per domum euntem,
nihil mali quum-fecerim, percussum doloribus dedit,
neque omnino Telemachus hoc prohibuit, nec quisquam alius.
Ideo nunc Penelopen in ædibus hortare
ut-maneat, festinans licet, in solis occasum:
et tunc me interroget mariti de reditus die,
propius ubi-collocarit ad ignem; vestimenta etenim
mala habeo; nosti et ipse, quoniam te primum supplex-adii.

Sic dixit: ivit autem subulcus, ut hunc sermonem audierat.
Eum vero super limen profectum allocuta-est Penelope:

Non tu _eum_ ducis, Eumæe? quid hoc in-animum-induxit erro?
utrum aliquem fere veritus supra-modum, an et aliter
verecundatur in domo? malus autem _est_ verecundus mendicus.

Hanc autem respondens allocutus-es, Eumæe subulce:
loquitur apposite, quæ quidem existimaret etiam alius,
contumeliam vitans virorum superbientium.
Sed te manere hortatur in solis occasum.
Et vero tibi sic ipsi _erit_ multo melius, o regina,
solam ad hospitem loqui verbum[TR3] et _ei_ auscultare.

Hunc autem rursus allocuta-est prudens Penelope:
non insipiens hic hospes suspicatur, quicunque demum sit;
non enim usquam ulli sic mortalium hominum
viri insolentes injusta machinantur.

Illa quidem sic locuta-est; sed abibat divinus subulcus
procorum in cœtum, postquam dixerat omnia.
Statim autem Telemachum verbis alatis allocutus-est,
prope admodo capite, ut ne audirent ceteri:

O dilecte, ego quidem discedam, sues et illa custoditurus,
tuum et meum victum; tibi autem hic omnia curæ-sunto.
Ipsum quidem te primum serva, et considera in-animo,
ne quid patiaris; multi vero mala cogitant Achivorum:
quos Jupiter disperdat, antequam nobis calamitas fiat.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus est:
erit sic, pater: tu vero vade merenda-sumta:
mane autem veni et duc victimas pulcras;
at mihi hæc omnia et immortalibus curæ-erunt.

Sic dixit; ille vero rursus consedit bene-polita in sella;
atque ubi-repleverat animum cibo et potu,
profectus-est ire ad sues; liquitque septaque domumque,
plenam convivarum: hi autem saltatione et cantu
oblectabant-se: jam et enim advenit vespertinum tempus.

[TR1] "excercebant" -> "exercebant"
[TR2] "opera" -> "opera."
[TR3] "verbun" -> "verbum"

Odysseæ XVIII.—Ulyssis et Iri pugilatus.

ARGUMENT: THE FIGHT OF ULYSSES AND IRUS.

The beggar Irus insults Ulysses; the suitors promote the quarrel, in which Irus is worsted, and miserably handled. Penelope descends, and receives the presents of the suitors. The dialogue of Ulysses with Eurymachus.

TEXT:

Advenit autem mendicus publicus, qui per urbem
mendicabat Ithacæ; excellebat vero ventre voraci,
indesinenter ut-comederet et biberet; neque ei erat vis,
nec robur; specie autem valde magnus erat intuitu.
Arnæus vero _ei_ nomen erat: hoc enim imposuerat alma mater
ab ortu: Irum autem juvenes vocabant omnes,
quoniam nuntios referebat vadens, quando alicubi quis juberet:
qui ubi-venerat, Ulyssem pellebat sua domo,
et ipsum objurgans verbis alatis allocutus-est:

Recede, senex, a-vestibulo, ne jam cito et pede traharis:
non sentis, quod jam mihi innuunt omnes,
trahereque _te_ jubent? ego autem verecundor nihilominus.
Sed surge, ne cito nobis contentio etiam manibus fiat.

Hunc autem torve intuitus allocutus-est ingeniosus Ulysses:
miser, neque aliquid tibi facio mali, nec dico,
neque aliquem invideo _tibi_ dare, etiam multa si-sumserit.
Limen autem ambos hoc capiet: neque omnino te oportet
de-alienis invidere: videris autem mihi esse erro,
sicut ego; opulentiam vero dii solent præbere.
Manibus autem nequaquam valde provoca, ne mihi iram-moveas,
ne tibi, senex licet sim, pectus et labra fœdem
sanguine; quies vero mihi etiam magis adhuc esset
cras: nequaquam enim _tum_ te reversurum puto
iterum in domum Laertiadæ Ulyssis.

Hunc autem iratus allocutus-est-Irus mendicus:
dii boni, ut hic vorax volubiliter loquitur,
vetulæ camino-assuetæ similis; cui mala molirer,
verberans ambabus _manibus,_ humum autem omnes dentes
maxillis excuterem, suis sicut segetem-depascentis.
Accinge-te nunc, ut omnes cognoscant et hi _nos_
pugnantes: quomodo vero tu cum-juniori viro pugnaveris?

Sic hi quidem ante foras altas
limine in polito perquam-animose rixabantur.
Eos autem animadvertit sacra vis Antinoi,
suaviterque inde ridens allocutus-est procos:

O amici, haud quidem unquam aliud antea tale factum-est,
qualem _nunc_ delectationem deus duxit in hanc domum.
Hospesque et Irus contendunt inter-se
adeo ut-manibus pugnaturi-sint: sed committamus _eos_ ocyus.

Sic dixit: illi autem omnes surrexerunt ridentes,
circumque mendicos pannosos congregabantur.
Inter-hos autem Antinous locutus-est, Eupithei filius:

Audite me, proci illustres, ut aliquid dicam:
ventres isti caprarum jacent in igne; quos in cœnam
deposuimus, pinguedine et sanguine impletos:
uter vero vicerit, superiorque _altero_ fuerit,
eorum quem voluerit, surgens ipse eligat:
semperque deinceps inter-nos convivabitur; nec quenquam alium
mendicum intus misceri _nobis_ sinemus petiturum.

Sic dixit Antinous: illis autem placebat sermo.
Hos vero dolos-meditans allocutus-est ingeniosus Ulysses:

O amici, nequaquam _æquum_ est cum-juniori viro pugnare
virum senem, calamitate labefactum; sed me venter
instigat maleficus, ut plagis domer.
Sed age nunc mihi omnes jurate firmum jusjurandum,
ne-quis Iro gratificans me manu robusta
percutiat prævaricans, huic autem me violenter domet.

Sic dixit: illi autem omnes abjurabant, sicut jubebat.
[Ac postquam jurarant, peregerantque jusjurandum,]
Inter-eos vero rursus locuta-est sacra vis Telemachi:

Hospes, si te jubet cor et animus generosus
istum propellere, _fac;_ ceterorum autem neminem Achivorum
time, quoniam cum-pluribus pugnabit, qui te percutiat.
Hospitum-exceptor quidem ego _sum;_ comprobant vero reges
Antinousque et Eurymachus, prudentes ambo.

Sic dixit: hi autem omnes comprobarunt; atque Ulysses
cinxit quidem se pannis circum genitalia, ostendebat vero femora
pulcraque magnaque; nudati-sunt autem ei lati humeri
pectoraque, robustaque brachia: ac Minerva
prope astans membra auctavit pastori virorum.
Proci vero omnes vehementer admirati sunt:
sic autem aliquis dicebat, intuitus propinquum alium:

Certe cito Irus non-Irus accersitum malum habebit,
quod-talem ex pannis senex coxam ostendit.

Sic igitur dixere: Iro autem male commovebatur animus.
Sed et sic famuli ducebant cinctum vi,
timentem; carnes vero tremebant-circum mebra.
Antinous autem increpabat, verbumque dixit et elocutus-est:

Nunc quidem neque sis, jactator, nec natus-fueris,
si profecto huncce tremis et times graviter,
virum senem, calamitate labefactum, quæ ipsum incessit.
Sed tibi edicam, hoc vero et perfectum erit:
si te hic vicerit, superiorque fuerit,
mittam te in-continentem, conjectum in navem nigram,
ad Echetum regem, hominum perniciem omnium,
qui nasum abscindat et aures sævo ære,
genitaliaque evulsa det canibus cruda discerpenda.

Sic dixit: ei vero adhuc magis tremor subiit membra:
in medium autem _eum_ duxerunt: illi vero ambo manus elevarunt.
Tum vero deliberavit audens divinus Ulysses,
utrum feriret, adeo-ut ipsum anima linqueret illic lapsum;
an ipsum leviter feriret, extenderetque super terram.
Sic autem ei cogitanti visum-est satius esse,
leviter ferire, ut ne ipsum cognoscerent Achivi.
Tunc vero _manibus_ elevatis, percussit _ei_ dextrum humerum
Irus; ille autem _ei_ cervicem percussit sub aure, ossaque intus
fregit: statim autem venit per os ruber sanguis:
decidit vero _is_ in pulveribus extensus, collisitque dentes,
calcitrans pedibus terram: at proci illustres
manibus sublatis risu emoriebantur. Verum Ulysses
eum trahebat per vestibulum, prehensum pede, donec veniret ad aulam
porticusque fores; et ipsum ad septum aulæ
statuit reclinatum; baculum autem ei injecit manui,
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

Hic nunc sede, canesque suesque abarcens;
neu tu-sane hospitum et mendicorum dominus esto,
vilis quum-sis; necubi qod malum etiam majus accipias.

Dixit, et circum humeros turpem sibi-jaciebat peram
crebris-locis laceram; _cui_ tortile inerat lorum.
Retro autem ipse ad limen profectus desidebat; illi autem iverunt intro
suaviter ridentes, et _eum_ blande-compellabant verbis:

Jupiter tibi det, hospes, et immortales dii alii,
quodcunque maxime vis, et tibi gratum est animo;
qui hunc insatiabilem a-mendicando cessare-fecisti
in populo: cito enim ipsum ducemus in-continentem
ad Echetum regem, hominum perniciem omnium.

Sic igitur dixere; gaudebat autem omine divinus Ulysses:
Antinous vero ei magnum ventrem apposuit
plenum pinguedineque et sanguine: Amphinomus vero
panes ex canistro duos apposuit elevatos,
et poculo aureo propinabat, dixitque:

Salve, pater o hospes, adsit tibi in posterum certe
felicitas; at nunc quidem malis teneris multis.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
Amphinome, certe valde mihi videris prudens esse;
tali enim etiam patre _es;_ quippe famam bonam audiebam,
Nisum Dulichiensem bonumque esse divitemque;
ex-hoc te dicunt natum-esse: diserto autem viro similis-es.
Propterea tibi dicam; tu vero attende, et me audi:
nihil imbecillius terra nutrit homine
omnium, quæquæ super terram spirantque et serpunt.
Nunquam enim putat malum passurum-esse _se_ in-posterum,
quamdiu felicitatem præbent dii, et genua vigent:
sed quando demum et mala dii beati perficiunt,
etiam hæc fert nolens patienti animo.
Talis enim mens est terrestrium hominum,
qualem diem adducat pater hominumque deûmque.[TR1]
Etenim ego quondam debebam inter homines beatus esse;
multa autem injusta feci, viribus et robori obsequens,
patreque meo fretus, et meis fratribus.
Quare ne-quis unquam omnino vir injustus sit,
sed ille silentio dona deorum habeat, quodcunque dent.
Qualia video procos injusta machinantes,
possessiones consumentes, et dedecorantes uxorem
viri, quem non-amplius puto ab-amicis et patria terra
diu abfuturum; valde vero prope _esse._ Sed te deus
domum subducat, neque occurras illi,
quando redierit dilectam in patriam terram.
Non enim sine-cruore utique diremtum-iri puto
procos et illum, postquam domum subierit.

Sic dixit: et libatione-facta bibit dulce vinum;
iterumque in manibus posuit poculum principi virorum.
Verum is ivit per domum caro afflictus corde,
nutans capite; jam enim malum _ei_ augurabatur animus.
Sed neque sic fugit mortem; impedivit vero et hunc Minerva,
Telemachi sub manibus et hasta fortiter ut-domaretur.
Iterum vero resedit in solio, unde surrexerat.

Illi autem in mente posuit dea cæsiis-oculis Minerva,
filiæ Icarii, prudenti Penelopæ,
procis se-ostendere, ut diffunderet (_exhilararet_) maxime
animum procorum, et honorata fieret
magis viroque et filio, quam antea erat.
Inaniter autem risit, verbumque dixit et elocuta-est:

Eurynome, animus mihi cupit, nequaquam antea quidem,
procis me-ostendere, invisis licet omnino:
filio vero dicam verbum, quod utilius fuerit,
ne plane procis cum-superbis versetur,
qui bene quidem loquuntur, male autem pone cogitant.

Hanc autem rursus Eurynome œconoma _his_ verbis allocuta-est:
næ jam hæc quidem omnia, filia, apposite dixisti.
Sed i, et tuo filio verbum dic, neu cela,
corpus quum-tibi-laveris, et unxeris genas:
neu sic lacrimis fœdata circa faciem
vade: quoniam malum _est_ lugere infinite semper.
Etenim jam quidem tibi filius ea-ætate _est,_ quem tu maxime
supplicabas immortalibus in-puberate videre.

Hunc autem rursus allocuta-est prudens Penelope:
Eurynome, ne hæc suadeas, sollicita licet,
corpus ut-mihi-lavem, et _me_ ungam unguento:
decorem enim mihi dii, qui Olympum habitant,
perdiderunt, ex quo ille abivit cavis in navibus.
Sed mihi Autonoenque et Hippodamiam jube
venire, ut mihi astent in ædibus:
sola vero non intrabo inter viros; verecundor enim.

Sic igitur dixit: vetula autem per domum _transiens_ exivit,
nuntiatura _hæc_ mulieribus, et hortatura ad-eundum.

Tum rursus aliud cogitavit dea cæsiis-oculis Minerva:

filiæ Icarii dulcem somnum infudit.
Dormiebat vero _ea_ reclinata; solutæque-sunt ei artus omnes
ibidem in lecto-repositorio: interim vero nobilissima dearum
immortalia dona dabat, ut ipsam admirarentur Achivi:
pulcritudine quidem ei primum vultus pulcros expolivit
divina, quali quidem pulcre-coronata Cytherea
ungitur, quum adit Gratiarum chorum amabilem;
et ipsam proceriorem et habitiorem reddidit aspectu;
candidiorem autem ipsam fecit secto ebore.
Atque ita quum-fecisset, abiit nobilissima dearum.

Venerunt autem famulæ candidis-ulnis ex domo,
cum-strepitu advenientes: hanc autem dulcis somnus dimisit;
et abstersit-sibi manibus genas, et locuta-est:

Certe me valde ærumnosam mollis sopor cooperuit:
utinam mihi sic mollem mortem daret Diana casta
statim nunc, ut ne-amplius lugens in animo
ævum corrumpam, mariti desiderans dilecti
omnigenam virtutem: quoniam præstantissimus erat Achivorum.

Sic locuta, descendebat e-cœnaculo splendido,
non sola; simul hanc et famulæ duæ comitabantur.
Ac quando demum ad-procos pervenerat divina mulierum,
stetit inde ad postem domus firmiter structæ
genis obtendens nitida redimicula:
ancilla autem ei proba utrinque astitit.
Horum vero illic solvebantur genua, amore autem animo deliniti-sunt;
omnesque optabant apud _eam_ in-lectis recumbere.
Hæc inde Telemachum affata-est, suum carum filium:

Telemache, non-amplius tibi mens integra nec cogitatio:
puer adhuc quum-esses, etiam magis in mente prudentia versabas:
nunc autem, quum jam magnus es et ad-pubertatis mensuram pervenisti,
et aliquis diceret filium _te_ esse beati viri,
magnitudinem et pulcritudinem intuens, alienus vir:
non amplius tibi mens est justa nec cogitatio.
Quale jam hoc facinus in ædibus factum-est _per te,_
qui hunc hospitem sivisti indigne-tractari ita.
Quomodo nunc? si quid hospes, in nostris ædibus
sedens, sic pateretur vexatione ex gravi,
tibi dedecus opprobriumque inter homines foret.

Hanc vero rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
mater mea, id quidem non indigne-fero, quod-tu irata-sis:
at ego animo intelligo et novi singula,
bonaque et pejora: antea autem adhuc infans eram:
verum enim non possum prudentia omnia advertere;
nam me obtundunt, assidentes aliunde alius,
hi mala cogitantes; mihi autem non sunt auxiliatores.
Nequaquam tamen hospitis quidem et Iri pugna facta-est
procorum consilio; viribus autem hic potentior erat.
Utinam enim, Jupiterque pater, et Minerva, et Apollo,
ita nunc proci in nostris ædibus
nutarent capitibus, domiti, alii quidem in aula,
alii autem intra domum, solutaque-essent membra cujusque;
uti nunc Irus ille ad aulæ fores
sedet nutans capite, ebrio similis;
neque erectus stare potest pedibus, nec reverti
domum, qua ei reditus _est,_ quoniam cara membra soluta-sunt.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Eurymachus autem verbis allocutus-est Penelopen:

Filia Icarii, prudens Penelope,
si omnes te viderent per Iasium Argos Achivi,
plures proci in vestris ædibus
a-mane convivarentur; quoniam præstas mulieribus,
formaque, staturaque, et mente intus æqua.

Huic autem respondit deinde prudens Penelope:[TR2]
Eurymache, profecto meam virtutem, formamque, corpusque,
perdiderunt immortales, quando ad-Ilium ascendebant
Argivi; cum iis autem meus maritus ivit Ulysses.
Si ille utique reversus meam vitam tueretur,
major gloria esset mea et melior ita.
Nunc vero tristor: tot enim mihi immisit mala deus.
Certe quidem, quando ibat relicta patria terra,
dextra in carpo prehensa me manu allocutus-est:

O mulier: non enim puto bene-ocreatos Achivos
ex Troja bene omnes incolumes redituros:
etenim Trojanos aiunt bellatores esse viros,
tam jaculatores, quam missores sagittarum,

equorumque velocium vectores; qui citissime
decreverint magnam contentionem omnibus-æque-gravis belli.
Ideo nescio, utrum me remittat deus, an capiar
illic in Troja: tibi autem hic omnia curæ-sint.
Memor-sis patris et matris in ædibus,
sicut nunc, vel adhuc magis, me absente.
At postquam jam filium in-pubertate _constitutum_ videris,
nube, cui volueris, tua domo relicta.
Ille sic dicebat; quæ sane nunc omnia perficientur.
Nox autem erit, quando demum odiosæ nuptiæ obvenient
perditæ mihi, cujus utique Jupiter felicitatem abstulit.
Sed hic gravis dolor cor et animum incessit,
procorum non hic mos olim fuit;
qui præstantemque mulierem et divitis _viri_ filiam
ambire velint, et inter-se contendant:
hi ipsi adducunt boves et pingues oves,
puellæ propinquis convivium, et splendida dona dant:
at non alienum victum impune absumunt.

Sic dixit: gavisus-est autem audens divinus Ulysses,
quod eorum quidem dona attrahebat, mulcebat autem animum
blandis verbis; mens vero ei alia agitabat.

Illam autem rursus Antinous allocutus-est, Eupithei filius:
filia Icarii, prudens Penelope,
dona quidem quicunque voluerit Achivorum huc ferre,
accipe: non enim bonum recusare donationem est:
nos vero neque ad opera prius quidem ibimus, neque usquam alio,
quam tu ei nupseris Achivorum, quicunque optimus.

Sic dixit Antinous; illis autem placebat sermo:
donaque proinde allaturum miserunt præconem quisque.
Antinoo quidem tulit _præco_ magnum perpulcrum peplum,
varium; inerant autem fibulæ duodecim omnes
aureæ, ansis bene-inflexis aptatæ.
Monile vero Eurymacho multa-arte-elaboratum statim tulit,
aureum, electris consertum solis instar.
Inaures autem Eurydamanti duo servi tulerunt,
trinis-ocellis, ægre-elaboratas; gratia autem _inde_ effulgebat multa.
A Pisandro vero Polyctoride rege
collare tulit servus, perpulcrum ornamentum.
Aliud autem alius donum Achivorum pulcrum tulit.
Ipsa quidem deinde ascendebat in cœnaculum, divina mulierum;
cum-ea autem simul famulæ ferebant perpulcra dona.

Illi vero ad saltationemque et desiderabilem cantum
conversi delectabant-se; manebantque, vesper dum-superveniret.
His autem se-delectantibus niger versper supervenit.
Statim lampadas tres statuerunt in ædibus,
ut lucerent: circum autem ligna arida posuerunt,
sicca dudum, facile-ardentes, recens fissa ære;
et faces immiscuerunt: alternatim vero succendebant
famulæ Ulyssis audentis-animi: at inter-eas
ipse generosus locutus-est ingeniosus Ulysses:[TR3]

Famulæ Ulyssis, diu absentis regis,
ite ad conclavia, ubi _est_ veneranda regina:
apud eam vero pensa versate; et delectate ipsam,
sedentes in domo, vel lanas carpite manibus:
at ego his lumen omnibus præbebo.
Si enim velint etiam usque ad Auroram pulcro-solio manere,
nequaquam me domabunt; multorum-patiens vero valde sum.

Sic dixit: hæ autem riserunt, et se-invicem intuebantur.
Eum autem turpiter objurgabat Melantho pulcris-genis,
quam Dolius quidem genuit, fovit autem Penelope,
filiamque velut enutriebat, dabatque oblectamenta animo:
sed ne sic quidem retinuit dolorem Penelopes in animo:
sed ea cum-Eurymacho miscebatur, et _eum_ amabat:
hæc utique Ulyssem objurgabat contumeliosis verbis:

Hospes miser, tu-sane aliquis mente exturbatus-es;
neque vis cubare, æream in domum profectus,
vel aliquo in diversorium; sed hic multa prædicas.
[confidenter multos inter viros; neque aliquid animo
times: certe utique tibi vinum occupat mentem, vel tibi semper
talis mens est: quare et vana loqueris.]
An exsultas, quod Irum vicisti, erronem?
cave ne-quis tibi cito Iro melior alius insurgat,
qui te circum caput contusum manibus robustis
domo emittat, fœdatum sanguine multo.

Hanc autem torve intuitus affatus-est ingeniosus Ulysses:
certe cito Telemacho dicam, canis, qualia loqueris,
illuc profectus, ut te ibi membratim concidat.

  Sic locutus, verbis perterruit mulieres.
Profectæque-sunt ire per domum; solutaque-sunt subtus membra cujusque
timore: putabant enim ipsum vera dixisse.
At is apud lampadas prælucens accensas
stetit, omnes intuens: alia vero ei cor
agitabat mente sua, quæ quidem non irrita facta-sunt.

  Procos autem strenuos non omnino sinebat Minerva
contumelia abstinere acerba, ut adhuc magis
subiret dolor cor Laertiadæ Ulyssis.
Inter-hos vero Eurymachus, Polybi filius, incipiebat loqui,
incessens Ulyssem; risum vero sociis fecit:

  Audite me, proci inclytæ reginæ,
ut dicam, quæ me animus in pectoribus jubet.
Non sine-deo hic vir Ulysseam in domum venit:
omnino mihi videtur facium splendor esse ipsius
et capitis: quoniam non ei insunt capilli ne pauci quidem.

  Dixit, simulque allocutus-est Ulyssem urbium-vastatorem:[TR4]
hospes, nunquid vis mercede-servire, si te suscipiam,
agri in extremitate, (merces autem tibi sufficiens erit)
sepesque aggerens, et arbores proceras plantans?
Illic autem ego cibum quidem perennem _tibi_ præberem,
vestimentaque induerem, pedibusque calceamenta darem.
Sed quandoquidem sane opera mala didicisti, non voles
opus adire, sed mendicare per populum
mavis, ut possis pascere tuum ventrem insatiabilem.

  Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
Eurymache, si enim nobis contentio de-opere fieret
tempore in verno, quando quidem dies longi sunt,
in herba, falcem quidem ego bene-flexam haberem,
et vero tu talem haberes, ut experiremur opus,
jejuni usque penitus ad-tenebras, herba autem adesset;
sive rursus et boves essent agendi, qui _sunt_ optimi,
rutili, magni, ambo saturati herba,
æquales-ætate, par-onus-sustinentes, quorum robur non imbecille,
arvumque-quatuor-jugerum esset, cederetque subtus gleba aratro:
tunc me videres, an sulcum continuum proscinderem.
Si vero et bellum alicunde moveret Saturnius
hodie, ac mihi scutum esset, et duæ hastæ,
et galea tota-ærea, temporibus apta:
tunc me videres primis in pugnatoribus congressum,
nec mihi ventrem exprobrans loquereris.
Sed valde contumeliose-agis, et tibi animus est inclemens:
et quidam fere videris magnus esse et fortis,
quoniam cum paucis et non bonis versaris.
Sin autem Ulysses rediret et perveniret in patriam terram,
statim tibi hæ portæ, etiamsi latæ admodum sunt,
fugienti arctarentur per vestibulum foras.

  Sic dixit; Eurymachus vero iratus-est in-corde magis,
et ipsum, torve intuitus, verbis alatis allocutus-est:

  Ah miser, certe cito tibi perficiam malum, quod-talia dicis
confidenter multos inter viros, nec quicquam animo
times: certe utique tibi vinum mentem occupat, vel tibi semper
talis mens est; quare et vana loqueris.
[An exsultas, quod Irum vicisti, erronem?]

  Sic igitur locutus, scabellum sumsit; at Ulysses
Amphinomi ad genua desidebat Dulichiensis,
Eurymachum veritus: hic autem pocillatorem percussit ad manum
dextram; gutturnium vero humi sonuit lapsum:
at ille ejulatu-dato cecidit supinus in pulveribus.
Proci vero tumultuati-sunt per ædes obscuras;
sic vero aliquis dicebat, intuitus in propinquum alium:

  Utinam hic hospes errans alibi periisset,[TR5]
antequam venisset: ita neutiquam tantum tumultum intulisset.
Nunc autem de mendicis contendimus: neque ulla convivii
boni erit voluptas; quoniam pejora vincunt.

  Inter-hos autem et locuta-est sacra vis Telemachi:
mirifici, insanitis, et non-amplius continetis animo
cibum neque potum: deorum certe aliquis vos concitat.
Sed bene epulati decumbite domum profecti,
quando animus jubet: pello vero neminem ego.

  Sic dixit: illi autem omnes mordicus labris compressis,
Telemachum admirabantur, quod audaciter loquebatur.
Ipsis vero Amphinomus concionatus-est et dixit:
[Nisi splendidus filius, Aretiadæ regis:]

O amici, haud jam quisquam super dicto æquo
contrariis verbis carpens sæviat:
neu omnino hospitem pulsate, neu quenquam alium
famulorum, qui in ædibus _sunt_ Ulyssis divini.
Sed agite, pocillator quidem auspicator poculis,
ut, postquam-libaverimus, decumbamus domum profecti:
hospitem vero sinamus in ædibus Ulyssis
Telemacho curæ-esse; hujus enim dilectam venit ad-domum.

Sic dixit: illis autem omnibus gratum sermonem dixit.
Ipsis vero craterem miscuit Mulius heros,
præco Dulichiensis; famulus autem erat Amphinomi:
distribuit vero inde omnibus astando; illi autem diis
ubi-libarant beatis, biberunt dulce vinum.
Ac postquam libarantque et biberant, quantum volebat animus,
abiverunt decubituri suas ad domos quisque.

[TR1] "deumque" -> "deûmque"
[TR2] "Penelope." -> "Penelope:"
[TR3] "Ulyses:" -> "Ulysses:"
[TR4] "urbium-vastatorem." -> "urbium-vastatorem:"
[TR5] "periiset" -> "periisset"

Odysseæ XIX.—Ulyssis et Penelopæ colloquium. Agnitio per Eurycleam.[TR1]

ARGUMENT: THE DISCOVERY OF ULYSSES TO EURYCLEA.

Ulysses and his son remove the weapons out of the armoury. Ulysses, in conversation with Penelope, gives a fictitious account of his adventures; then assures her he had formerly entertained her husband in Crete; and describes exactly his person and dress; affirms to have heard of him in Phaeacia and Thesprotia, and that his return is certain, and within a month. He then goes to bathe, and is attended by Euryclea, who discovers him to be Ulysses by the scar upon his leg, which he formerly received in hunting the wild boar on Parnassus. The poet inserts a digression relating that accident, with all its particulars.

TEXT:

At in domo relinquebatur divinus Ulysses,
procis cædem cum Minerva meditans:
statim autem Telemachum verbis alatis allocutus-est:

Telemache, oportet arma Mavortia deponere intus
omnia prorsus; at procos blandis verbis
palpare, quando te percontentur _arma_ desiderantes:
«ex fumo deposui; quoniam non-amplius illis similia-sunt,
qualia quondam ad-Trojam proficiscens reliquit Ulysses,
sed fœdata-sunt, quantum ignis attigit vapor.
Insuper autem et hoc majus in mentem injecit deus,
ne qua vino-gravati, contentione instituta inter vos,
vos-mutuo vulneretis, deturpetisque convivium,
et nuptiarum-ambitum; ipsum enim ferrum allicit virum.»

Sic dixit: Telemachus vero dilecto obedivit patri;
evocatamque allocutus-est nutricem Eurycleam:

Nutrix, age jam mihi contine in ædibus mulieres,
dum in thalamo deponam arma patris
pulcra, quæ mihi in domo neglecta fumus corrumpit,
patre absente; ego vero adhuc infans eram:
nunc autem _ea_ volo deponere, ubi non ignis attinget vapor.

Hunc autem rursus allocuta-est dilecta nutrix Euryclea:
utinam enim jam tandem, fili, prudentiam susciperes,
domum ut-cures et possessiones omnes custodias.
Sed age, quænam tibi deinde, comitans, lumen portabit?
famulas vero non sinebas prodire, quæ præluceant.

Hanc vero rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
hospes hic; non enim otiosum tolerabo, qui meum sane
modium attingat, etiam longe qui-venerit.

Sic igitur dixit: huic vero non-evolans erat verbum (_tacuit_).
Clausit autem januas ædium habitantibus-commodarum.
Tum vero exsurgentes Ulysses et splendidus filius
intro-ferebant galeasque et scuta umbonibus-munita,
hastasque acutas; ante autem Pallas Minerva,
auream lucernam tenens, lumen perpulcrum faciebat.
Tunc vero Telemachus alloquebatur suum patrem subito:

O pater, profecto magnum miraculum hoc oculis video;
omnino mihi parietes ædium, pulcraque intercolumnia,
abiegnæque trabes, et columnæ in-altum erectæ,
lucent oculis, tanquam igne ardente.
Certe omnino aliquis deus _est_ intus _eorum_ qui cœlum latum tenent.

Hunc autem respondens affatus-est ingeniosus Ulysses:
tace, et in tua mente retine, neu interroga:
hic sane mos est deorum, qui Olympum habitant.
Sed tu quidem cubitum-eas; ego vero relinquar hic,
ut adhuc magis famulas et matrem tuam provocem;
hæc vero me lamentans interrogabit de singulis.

Sic dixit: Telemachus vero per domum discessit
cubiturus in cubiculum, facibus illucentibus,
ubi antea cubabat, quando ipsi dulcis somnus advenit:
ubi etiam tum cubuit, et Auroram divinam exspectabat.
At in domo relinquebatur divinus Ulysses,
procis cædem cum Minerva meditans.

Atque egrediebatur e thalamo prudens Penelope,
Dianæ similis aut aureæ Veneri.
Cui juxta ignem sedem posuerunt, ubi insidere-solebat,
tornatam ebore et argento; quam olim faber
fecerat Icmalius, et subtus scabellum pedibus posuerat,
aptum ex ipsa, ubi magna injiciebatur pellis.
Illic desidebat deinde prudens Penelope.
Venerunt autem famulæ candidis-ulnis ex domo;
eæque panem quidem multum auferebant, et mensas,
et pocula, unde viri superbientes biberant:
ignem vero a foculis ad-terram jecerunt; aliaque super ipsos
cumularunt ligna multa, lumen ut esset et calor.
At Ulyssem increpabat Melantho secundo rursus:

Hospes, adhuc et nunc hic molestus-eris per noctem
versans in domo, observabisque mulieres?
Sed exi foras, miser, et convivio contentus-sis:
aut cito et titione percussus ibis foras.

Hanc autem torve intuitus allocutus-est ingeniosus Ulysses:
improba, cur in-me sic inveheris irato animo?
an quod non-niteo, mala autem corpore vestimenta indutus-sum,
mendicoque per populum? necessitas enim urget.
Tales mendici et errones viri sunt.
Etenim ego quondam domum inter homines habitabam
beatus divitem, et sæpe dabam erroni,
tali, qualiscunque esset, et cujuscunque _rei_ indigens venisset
erant vero _mihi_ servi valde plurimi, aliaque multa,
quibus bene vivunt _homines,_ et divites vocantur.
Sed Jupiter _hæc_ perdidit Saturnius (voluit enim fere):
ideo nunc _cave_ ne-quando et tu, mulier, omnem amittas
decorem, quo nunc sane inter ancillas ornata-es;
ne forte tibi domina irata sæviat,
vel Ulysses venerit; adhuc enim et spei copia _est._
Sin autem ille quidem ita periit, et non-amplius rediturus-est,
at jam filius talis _adest,_ Apollinis quidem voluntate,
Telemachus; hunc autem nulla in ædibus mulierum
latet injurians: quoniam non-amplius tantillæ-ætatis est.

Sic dixit; eum vero audivit prudens Penelope;
ancillam autem objurgabat, verbumque dixit et elocuta-est:

Omnino, audax, canis intrepida, non me lates
perpetrans magnum facinus, quod tuo capite perlues.
Omnia bene nosti, quoniam ex me audivisti ipsa,
quod hunc hospitem eram in ædibus meis
de marito interrogatura; quoniam multum tristor.

Dixit, et Eurynomen œconomam sermone allocuta-est:
Eurynome, affer jam sedem, et pellem super ipsa:
ut sedens dicat verbum et audiat
hospes ex me; volo enim ipsum interrogare.

Sic dixit: illa vero valde festinanter deposuit ferens
sedem bene-politam, et ei pellem injiciebat;
illic consedit deinde audens divinus Ulysses.
Inter-eos autem sermones exorsa-est prudens Penelope:

Hospes, hoc quidem te primum ego percontabor ipsa,
quis _et_ unde es virorum? ubinam tibi urbs et parentes?

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
o mulier, nemo te hominum in immensa terra
vituperaret; certe enim tua gloria ad-cœlum latum pervenit,
sicut alicujus vel regis eximii, qui deo-similis

viris in multis et fortibus regnans,
justa-jura sustentet; ferat autem terra nigra
tritica et hordea, graventurque arbores fructu;
pariunt vero robustæ pecudes, ac mare præbet pisces,
ex prudenti-administratione; feliciterque degunt populi sub ipso.
Ideo me nunc cetera quidem percontare tua in domo;
ne-vero meum exquire genus et patriam terram,
ne mihi magis animum impleas doloribus
recordanti: valde enim sum ærumnosus. Neque omnino me oportet
domo in aliena flentemque et lugentem
sedere: quoniam malum _est_ lugere infinite semper:
ne-qua mihi ancillarum succenseat, vel tu ipsa;
dicatque lacrimis-abundare gravatum me mentem vino.

Huic autem respondit deinde prudens Penelope:
hospes, nempe meam præstantiam formamque corpusque
perdiderunt immortales, quando ad-Ilium ascenderunt
Argivi, cum iisque meus maritus profectus-est Ulysses.
Si ille reversus meam vitam tueretur,
major gloria esset mea, et melior ita.
Nunc autem tristor: tot enim mihi immisit mala deus.
[Quotquot enim insulis dominantur optimi,
Dulichioque, Samoque, et nemorosæ Zacyntho,
quique ipsam Ithacam late-conspicuam incolunt,
hi me nolentem ambiunt, atteruntque domum.]
Ideo neque hospites curo, neque supplices,
neque omnino præcones, qui publici-ministri sunt:
sed Ulyssem desiderans,c aro contabesco corde.
Hi autem nuptias urgent; ego vero dolos struo.
Vestem mihi primum inspiravit in-mentem deus,
exorsa magnam telam, in ædibus ut-texerem,
subtilem et amplam: statim autem inter-illos dixi:
Juvenes, mei proci, quandoquidem mortuus-est divinus Ulysses,
manete urgentes meas nuptias, donec vestimentum
perfecero, (ne mihi vana fila pereant)
Laerti heroi sepulcrale, in _illud tempus_ quando ipsum
fatum perniciosum corripuerit longum-sternentis mortis:
ne-qua mihi in populo Achivarum succenseat,
si sine vestimento jaceat, multa qui-possedit.
Sic dixi: illis autem persuasus-est animus generosus.
Tunc interdiu quidem texebam magnam telam,
noctu vero dissolvebam, postquam faces mihi-apposueram.
Sic triennium quidem latebam ego et persuadebam Achivis:
sed quum quartus venit annus, et advenerunt horæ,
[mensibus exeuntibus, ac dies multi circumacti-sunt,]
tum demum me, per famulas, canes non (_nihil_) curantes,
deprehenderunt _proci_ supervenientes, et increpuere verbis.
Sic illud quidem perfeci, etiam nolens, ex necessitate.
Nunc vero neque effugere possum nuptias, neque ullum aliud
consilium amplius invenio; valde autem hortantur parentes
nubere; et ægre-fert filius victum devorantes,
cognoscens; jam enim vir _est_ qui-valeat maxime
domum curare, cuique Jupiter gloriam præbeat.
Sed et sic mihi dic tuum genus, unde sis;
non enim a quercu es olim-fabulosa, neque a petra.

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
o uxor veneranda Laertiadæ Ulyssis,
nondum desines meum genus interrogare?
Sed tibi enarrabo; certe quidem me doloribus dabis
pluribus, quam _quibus_ teneor: hic enim mos _est,_ quando a patria
sua absit vir tanto tempore, quanto ego nunc,
multas hominum per urbes errans, dolores patiens:
sed etiam sic dicam, quod me percontaris et interrogas.

Creta quædam terra est, medio in nigro ponto,
pulcra et pinguis, circumflua; in _ea_ autem homines
sunt multi, innumeri, nonaginta urbes:
alia autem aliorum lingua mixta: insunt quidem Achivi,
insunt vero indigenæ-Cretenses magnanimi, insunt et Cydones,
Doriensesque trifariam-divisi, divinique Pelasgi.
Inter has autem (_urbes_) _est_ Cnossus, magna urbs: ubi Minos
per-novem-annos regnabat, Jovis magni confabulator,
patris mei pater, magnanimi Deucalionis.
Deucalion vero me genuit et Idomeneum regem:
sed ille quidem in navibus incurvis-puppibus ad Ilium
abiit una-cum Atridis: mihi vero nomen inclytum Æthon,
sumque junior natu; ille etenim prior et melior.
Illic Ulyssem ego vidi, et hospitalia dedi.
Etenim eum ad-Cretam deduxerat vis venti,
euntem ad-Trojam, quum-abegisset _eum_ a-Maleis:
statuit autem _naves_ in Amniso, ubi specus _est_ Lucinæ,
in portibus difficilibus: vix tamen evasit procellas.
Statim vero Idomeneum quærebat, ad-urbem ascendens:
hospitem enim ipsum dicebat dilectumque esse, reverendumque.

Huic autem jam decima vel undecima erat aurora
digresso cum navibus incurvis-puppibus Ilium versus.
Illum quidem ego ad ædes ducens bene hospitio-excepi,
cum-cura amice-tractas, e-multis in domo suppetentibus;
et ei, ceterisque sociis, qui una ipsum comitabantur,
de-publico farinas dedi, et nigrum vinum collectum,
et boves ad-sacrificandum, ut explerent-sibi animum.
Illuc per-duodecim quidem manebant dies divini Achivi:
coercebat enim _eos_ Boreas ventus magnus, neque in terra
sinebat stare; infestus vero aliquis excitavit deus:
tertio-decimo autem ventus cecidit: illi vero avehebantur.

Ita fingebat, mendacia multa dicens, veris similia:
illi autem audienti fluebant lacrimæ, liquefiebatque cutis.
Sicut autem nix liquescit in summis montibus,
quam Eurus liquefecit, postquam Zephyrus defuderit;
liquescente autem ea fluvii implentur labentes:
sic ejus liquefiebant pulcræ genæ lacrimas-fundentis,
flentis suum virum assidentem. At Ulysses
animo quidem flentem suam miserabatur uxorem,
oculi autem tanquam cornua stabant, aut ferrum,
immoti in palpebris: dolo vero ille lacrimas occultabat.
Illa autem postquam satiata-est lacrimoso fletu,
iterum ipsum verbis respondens allocuta-est:

Nunc quidem demum te, hospes, puto _me_ experturam,
an vere profecto illic cum divinis sociis
hospitio-exceperis in ædibus meum maritum, sicut dicis.
Dici mihi, qualia quædam circa corpus vestimenta indutus-erat
ipseque qualis erat; et _dic_ socios, qui eum comitabantur.

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
o mulier, difficile _est,_ tanto tempore seorsum quum-absim,
dicere; jam enim ei vigesimus annus est,
ex quo illinc abiit, et a-mea discessit patria:
verum etiam sic dicam, sicut mihi imaginatur cor.
Lænam purpuream villosam habebat divinus Ulysses,
duplicem; at ei fibula auro facta-erat
calamis geminis: antrorsum vero _opus_ variegatum erat:
in anterioribus pedibus canis tenebat varium hinnulum,
palpitantem intuens; hoc autem admirabantur omnes,
quod hi aurei quum-essent, hic quidem intuebatur hinnulum suffocans;
at ille, effugere cupiens, palpitabat pedibus.
Etiam tunicam animadverti circa corpus splendidam,
qualem cepa tunicam de arida:
ita quidem erat mollis; splendida autem erat, solis instar:
profecto quidem multæ ipsam admiratæ-sunt mulieres.
Aliud autem tibi dicam, tu vero in mente reconde tua:
nescio utrum hæc indutus-fuerit circa corpus domi Ulysses,
an aliquis sociorum dederit in navi eunti,
aut aliquis alicubi etiam hospes: quoniam multis Ulysses
erat carus; pauci enim Achivorum _ei_ erant similes.
Et ei ego æreum ensem, et duplicem dedi _vestem_
pulcram, purpuream, et talarem tunicam:
honorate autem dimittebam bene-tabulata in navi.
Et quidem eum præco paulo major-natu ipso
comitabatur: etiam hunc tibi dicam, qualis erat:
gibbosus in humeris, nigra-cute, crispo-capite;
Eurybates vero _ei_ nomen erat: honorabat autem eum supra ceteros
suos socios Ulysses, quod sibi animo congrua sentiret.

Sic dixit: illi autem adhuc magis desiderium excitavit fletus,
signa agnoscenti, quæ ei certa dixit Ulysses:
Ea autem postquam satiata-est lacrimoso fletu,
tunc ipsum verbis respondens allocuta-est:

Nunc quidem demum mihi, hospes, antea quum esses miserandus,
in ædibus meis carusque eris, honoratusque:
ipsa enim _ei_ hæc vestimenta ego præbui, qualia dicis,
plicata ex thalamo; fibulamque imposui splendidam,
illi ornamento ut-esset; eum autem non suscipiam rursus,
domum reversum, dilectam in patriam terram.
Ita malo fato cava in navi Ulysses
abiit, visurus malium-Ilium non nominandum.

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
o uxor veneranda Laertiadæ Ulyssis,
ne-amplius nunc corpus pulcrum macera, neu quid animum
tabefac, maritum deflens; succenseo quidem nihil:
etenim quævis et aliusmodi luget virum amissum,
cui-virgo-nupserit, cui filios peperit amore mixta,
atque Ulyssem, quem aiunt diis similem esse.
Sed a-fletu quidem cessa, meum autem adverte sermonem:
vere enim tibi loquar, nec celabo,
quomodo jam Ulyssis ego de reditu audivi,

prope _versantis_ Thesprotorum virorum in ubere populo,
vivi: atque vehit res-pretiosas multas et egregias,
petens per populum: at dilectos socios
perdidit, et navem cavam in nigro ponto,
Thrinacria ab insula veniens: irati-sunt enim ipsi
Jupiterque et Sol: hujus enim boves interfecerunt socii.
Illi quidem omnes perierunt fluctuoso in ponto:
hunc autem super carina navis ejecit unda in continentem,
Phæacum in terram, qui propinqui-diis sunt:
qui sane ipsum ex animo, deum veluti, honorabant,
et ei multa dederunt, deducereque eum volebant ipsi
domum incolumem. Et jam pridem hic Ulysses
esset; sed inde ei hoc utilius visum-est animo,
opes colligere multam super terram eunti:
adeo astutias multas præ mortalibus hominibus
novit Ulysses; nec quicquam _cum-eo_ contenderet homo alius.
Sic mihi Thesprotorum rex dixit Phidon;
jurabat autem ad me ipsum, libans in domo,
navem _ejus_ esse-deductam, et paratos esse socios,
qui jam ipsum deducent dilectam in patriam terram.
Sed me prius dimisit; contigit enim ut-iret navis
virorum Thesprotorum in Dulichium tritici-ferax.
Et mihi possessiones ostendit, quas collegerat Ulysses:
et sane in decimam generationem alium adhuc alerent:
tantæ ei res-pretiosæ jacebant in ædibus regis.
Ipsum autem in Dodonen dixit ivisse, ut dei
ex quercu alto-vertice Jovis consilium audiret,
quomodo rediret dilectam in patriam terram,
jam diu absens, utrum palam, an clam.
Sic ille quidem ita est salvus, et veniet jam
proxime; neque amplius longe ab-amicis et patria terra
diu aberit: omnino autem tibi jurajuranda dabo.
Sciat nunc Jupiter primum, deorum summus et optimus,
focusque Ulyssis eximii, ad-quem veni:
certe quidem hæc omnia perficientur, sicut dico.
Hoc ipso anno veniet huc Ulysses,
hoc quidem exeunte mense, illo autem ineunte.

  Hunc autem rursus allocutus-est prudens Penelope:
utinam enim hoc, hospes, verbum perfectu sit;
ita cito cognosceres amicitiamque multaque dona accipienda
ex me, adeo ut aliquis te occurrens beatum-diceret.
Sed mihi sic in animo _aliquid_ præsagit, sicut erit videlicet:
neque Ulysses amplius domum veniet, nec tu deductione
potieris; quoniam non tales rectores sunt in domo,
qualis Ulysses erat inter viros, si unquam fuit,
ad-hospites venerandos dimittendos et excipiendos.
Sed ipsum, famulæ, lavate, deponiteque cubile,
strata, et lænas, et integumenta splendida,
ut bene calens ad Auroram aureo-solio perveniat.
Mane autem valde mature lavateque ungiteque,
ut intus apud Telemachum de-jentaculo cogitet
sedens in domo: ei autem gravius _erit,_ qui illorum
hunc molestia-afficiet perniciosus: neque ullum negotium
hic amplius _ei_ faciet, valde licet iratus graviter.
Quomodo enim de-me tu, hospes, scies, ecquid mulieribus
aliis præstem mente, et prudenti consilio,
si squalidus, mala _vestimenta_ indutus, in ædibus
conviveris? homines autem brevis-ævi sunt.
Qui quidem crudelis ipse sit, et crudelia sentiat,
huic imprecantur omnes homines dolores in-posterum
vivo; at mortuum probris-insequuntur cuncti.
Qui autem bonus ipse sit, et bona sentiat,
hujus quidem gloriam latam hospites perferunt
omnes ad homines; multique eum eximium dicere-solent.

  Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
o uxor veneranda Laertiadæ Ulyssis,
profecto mihi lænæ et integumenta splendida
odio-erant, quando primum Cretæ montes nivales
reliqui in navi proficiscens longis-remis instructa.
Cubabo autem, sicut antea quidem insomnes noctes ducebam.
Multas enim jam noctes sordido in cubili
requievi, et exspectavi pulcro-solio-insidentem Auroram divinam.
Neque omnino mihi lotio pedum grata animo
est; nec mulier pedem tanget nostrum
earum, quæ tibi in domo ministræ sunt,
nisi aliqua anus est antiqua, honesta sciens,
quæ toleraverit tanta mente, quanta ego:
hanc vero non ægre-tulerim pedes tangere meos.

  Hunc autem rursus allocuta-est prudens Penelope:
hospes dilecte: nondum enim quisquam vir prudens adeo
hospitum longinquorum carorum meam advenit domum:
adeo tu valde scite prudentia omnia dicis:
est autem mihi anus, cata mente consilia habens,

quæ illum infelicem bene nutriebat, et educebat,
susceptum manibus, quando ipsum primum peperit mater;
quæ tibi pedes lavabit, debilis quantumvis sit.
Verum age nunc surgens, prudens Euryclea,
lava tui domini æqualem: et fere Ulysses
jam talis est pedibus, talisque manibus;
cito enim in malo homines consenescunt.

Sic igitur dixit: vetula autem operuit manibus vultum,
lacrimasque emisit calidas, verbumque luctuosum dixit:

Hei mihi, _quod_ ego tui, fili, _servandi_ impotens! certe te Jupiter præ
hominibus odit, deûm reverente animo instructum.
Nondum enim quisquam mortalium tot Jovi fulmine-gaudenti
pinguia femora combussit, neque _tot_ eximias hecatombas,
quot tu ei dedisti, precans ut pervenires
ad-senectutem placidam, nutriresque splendidum filium;
nunc autem tibi soli omnino abstulit reditus diem.
Sic fere etiam illum probris-insequantur mulieres
hospitum longinquorum, quando alicujus inclytas ad ædes pervenerit,
sicut te, _senex,_ canes hæ probris-insequuntur cunctæ,
quarum nunc contumeliamque et opprobria multa vitans,
non sinis eas _te_ lavare; me vero non invitam jussit
filia Icarii, prudens Penelope.
Ideo tibi pedes lavabo, simulque ipsius Penelopes
et tui gratia; quoniam mihi commovetur intus animus
doloribus. Verum age nunc adverte verbum, quod dicam:
multi sane hospites ærumnosi hunc venerunt,
sed nondum quemquam dico similem sic vidisse _me,_
sicut tu corpore voceque pedibusque Ulyssi similis-es.

Hanc autem respondens allocutus est-ingeniosus Ulysses:
o vetula, sic dicunt quicunque viderunt oculis
nos ambos, valde similes nobis-invicem
esse; sicut tu ipsa animum-advertens dicis.

Sic igitur dixit: vetula vero lebetem sumsit splendentem,
in-quo pedes abluebant: aquam autem infudit multam
frigidam; deinde vero calidam insuper-fudit. At Ulysses
sedebat ad focum, ad tenebras autem convertit-se cito;
statim enim in animo suspicatus-est, ne ipsum attrectans
cicatricem animadverteret et manifestæ res fierent.
Lavabat autem _ea_ inde propius accedens dominum suum; statim vero agnovit
cicatricem, quam aliquando ei aper inflixit albo dente,
in-Parnassum profecto, ad Autolycumque et filios,
matris suæ patrem strenuum, qui hominibus præcellebat
furtoque jurandoque (_se nihil abstulisse_); deus vero ei ipse dedit
Mercurius: huic enim grata femora adolebat
agnorum et hædorum; hic autem eum lubens una comitabatur.
Autolycus vero quum-venisset Ithacæ in opulentum populum,
filium recens natum invenit filiæ suæ:
hunc ei Euryclea caris genibus imposuit,
desinenti a-cœna; verbumque dixit et elocuta-est:

Autolyce, ipse nunc nomen inveni, quod imponas
filiæ filio dilecto; exoptatissimus autem tibi est.

Huic vero rursus Autolycus respondit, dixitque:
gener meus, filiaque, imponite nomen, quod dixero:
multis enim ego indignatus huc venio
viris et mulieribus super terram almam:
huic autem Ulysses nomen esto inditum. At ego,
quando puber-factus maternam in magnam domum
venerit in-Parnassum, ubi fere mihi possessiones sunt:
ex-his illi ego dabo, et ipsum gaudentem dimittam.

Horum gratia ivit Ulysses, ut sibi _is_ præberet splendida dona.
Hunc quidem deinde Autolycusque et filii Autolyci
manibusque _datis_ salutabant, verbisque blandis:
mater autem Amphithea matris, circumplexa Ulyssem
osculata-est ipsi caputque et ambo lumina pulcra.
Autolycus vero filios jussit gloriosos
cœnam parare: illi autem hortanti auscultarunt:
statim vero introduxerunt bovem masculam quinquennem,
eum excoriarunt, curaruntque, et ipsum diviserunt totum,
minutatimque-conciderunt scite, transfixerunt verubus,
assaruntque perite, diviseruntque portiones.
Sic tunc quidem per-totum diem ad solis occasum
epulabantur; nec quicquam animus indigebat convivio æquo.
Quando autem sol occidit, et tenebræ supervenere,
tunc demum decubuerunt, et somni donum ceperunt.

Quando vero mane-genita apparuit roseis-digitis Aurora,
profecti-sunt ire in venationem, et canes et etiam ipsi
filii Autolyci; cum his autem divinus Ulysses
ibat: altum vero montem ascenderunt indutum silva
Parnassi: cito autem pervenerunt ad-juga ventosa.
Sol quidem deinde recens percutiebat arva,
ex placide-fluente profundo Oceano.
Ipsi autem in vallem perveniebant, venatores; ante eos vero
vestigia scrutantes canes ibant; at pone
filii Autolyci: cum his autem divinus Ulysses
ibat prope canes, vibrans longæ-umbræ hastam.
Ibi vero in silva densa jacebat magnus aper;
quam quidem nec ventorum perflabat vis humidum spirantium,
neque ipsam Sol lucens radiis percutiebat,
neque imber penetrabat penitus: adeo quidem densa
erat: at foliorum inerat fusio affatim multa.
Hunc autem virorumque canumque strepitus circumsonuit-pedum,
ut venantes ingruebant: hic vero adversus ex arbusto,
erectis valde cervicis-setis, ignemque oculis spectans,
stetit prope ipsos: ac primus-omnium Ulysses
irruit, elevata longa hasta, manu robusta,
vulnerare cupiens: sed ipsum prævertens percussit aper
super genu; multum autem exhausit carnis dente
oblique adortus; nec-tamen ad-os pervenit viri.
Illum vero Ulysses vulneravit assecutus ad dextrum humerum;
penitus autem transiit splendidæ hastæ cuspis:
decidit vero _is_ in pulveribus porrectus; avolavit autem animus.
Circa-hunc quidem deinde Autolyci filii dilecti occupabantur;
vulnus autem Ulyssis eximii, deo-paris,
ligaverunt scite; et incantatione sanguinem nigrum
cohibuere: statim autem pervenere cari ad ædes patris.
Illum quidem Autolycusque et filii Autolyci
bene postquam-sanarant, et splendida dona _ei_ præbuerant,
cito gaudentem caram gaudentes dimiserunt
in Ithacam: eo quidem pater et veneranda mater
gaudebant reverso, et interrogabant singula
de-cicatrice, quid passus-esset: ille autem ipsis rite enarravit,
ut ipsum venantem percusserit aper albo dente,
ad-Parnassum profectum cum filiis Autolyci.

Hanc _cicatricem_ anus manibus pronis prehensam,
agnovit attrectans; pedem autem dimisit ut-_ei_-excideret;
incidit vero lebeti tibia; resonuit autem æs,
retroque in-alteram-partem inclinatum-est; et in-terram effusa
est aqua.
Ipsius vero simul gaudium et dolor invasit mentem; atque ei oculi
lacrimis impleti-sunt; clara vero ei hæsit vox.
Prehenso autem _ejus_ mento, Ulyssem allocuta-est:

Profecto omnino Ulysses es, care fili: nec te ego
prius agnovi, quam plane herum meum contrectassem.

Dixit, et Penelopen intuita-est oculis,
indicare volens carum maritum intus esse.
Ea autem nec videre potuit e-regione, neque animadvertere;
ei enim Minerva mentem avertit; at Ulysses
manua admota guttur _nutricis_ prehendit dextra;
altera vero ad-se propius traxit, dixitque:

Nutrix, cur me vis perdere? tu vero me nutrivisti ipsa
tuam ad mammam; nunc vero dolores multos perpessus
veni vigesimo anno in patriam terram.
Sed postquam animadvertisti, et tibi deus injecit animo,
tace, ne-quis alius in ædibus audiat.
Sic enim edico, hoc vero et perfectum erit:
si sub me deus domuerit procos illustres,
nec, nutrix licet-sis, a-te abstinebo, quando alias
famulas in ædibus meis interficiam mulieres.

Hunc autem rursus allocuta-est prudens Euryclea:
fili mi, quale tibi verbum fugit ex septo dentium!
Nosti quidem qualis meus animus firmus, nec cedens:
tenebo vero sicut aliquis solidus lapis, aut ferrum.
Aliud vero tibi dicam, tu autem in mente reconde tua:
si sub te deus domuerit procos illustres,
tum vero tibi recensebo in ædibus mulieres,
et quæ te parum-honorent, et quæ inculpatæ sint.

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
nutrix, cur vero tu eas indicabis? neque omnino te oportet.
Bene utique et ipse ego observabo, et cognoscam unamquamque:
sed tene silentio verbum, committe vero _rem_ diis.

Sic igitur dixit: anus autem per domum exivit,
allatura pedum-lavacra; priora enim effusa-erant omnia.
Ac postquam laveratque _eum_ et unxerat pingui oleo,

iterum propius ad-ignem traxit-sibi sedile Ulysses
calefacturus-se, cicatricem autem pannis cooperuit.
His vero sermones exorsa-est prudens Penelope:

Hospes, paulum quidem te amplius ego percontabor ipsa:
etenima jam cubitus cito erit placidi hora _ei quidem,_
quemcunque somnus ceperit dulcis, etiam dolentem:
sed mihi etiam dolorem immensum præbuit deus:
per-diem etenim delector lamentans, flens,
et mea opera inspiciens et ancillarum in domo:
at postquam nox venit, cepitque lectus omnes,
jaceo in lecto, crebræque mihi circa densum cor
acutæ curæ lugentem lacessunt.
Sicut autem quando Pandarei filia, viridans Aedon (_luscinia_),
pulcre canit, vere recens ineunte,
arborum in foliis sedens densis,
quæ frequenter versans fundit multisonam vocem,
filium lugens Itylum carum, quem quondam ære
interfecit per insipientiam, filium Zethi regis;
sic et mihi bifariam animus movetur huc et illuc,
utrum maneam apud filium, et integra omnia servem,
possessionem meam, famulasque, et altam magnam domum
torumque reverens mariti, populique famam;
an jam una sequar Achivorum _eum_ quicunque optimus
ambit _me_ in ædibus, quum-præbuerit infinita sponsalia.
Filius autem meus, donec quidem fuit adhuc infans et animi-impotens,
nubere non me sinebat mariti domum reliquentem:
nunc vero quando jam adultus est et ad-pubertatis mensuram pervenit,
jam me optat retro abire e domo
ob-possessionem indignans, quam ei consumunt Achivi.
Sed age mihi hoc somnium declara, et audi.
Anseres mihi in domo viginti triticum edunt
ex aqua, atque ipsis lætor, inspiciens:
profecta vero ex monte magna aquila adunco-rostro
omnibus cervices confregit, et interfecit; hi autem fusi-sunt
conferti in ædibus: illa vero in ætherem divinum elevata-est.
At ego flebam et ejulabam, etiam in somnio;
circum autem me congregabantur pulcris-comis Achivæ
miserabiliter lugentem, quod mihi aquila interfecerat anseres.
Reversa autem desidebat in prominenti tecto;
voceque humana me compescebat, dixitque:

Confide, Icarii filia longe-lateque-inclyti;
non somnium _hoc-est,_ sed visio vera, quæ utique perfecta erit.
Anseres quidem, proci _sunt;_ ego autem aquila avis
eram antea; nunc demum tuus maritus veni,
qui omnibus procis sævam mortem inferam.

Sic dixit: at me dulcis somnus dimisit.
Circumspectans autem anseres in ædibus animadverti,
triticum comedentes apud pelvim, ubi antea quidem.

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
o mulier, nequaquam licet declarare somnium,
alio deflectentem: quandoquidem sane tibi ipse Ulysses
dixit, quomodo perfecturus-sit: procis vero apparet exitium
omnibus prorsus; neque ullus mortem et fatum effugiet.

Hunc autem rursus allocuta-est prudens Penelope:
hospes, profecto quidem somnia inscrutabilia, indiscriminatum-loquentia
sunt, neque plane perficiuntur hominibus.
Duæ etenim portæ debilium sunt somniorum:
nam altera quidem cornibus facta est; altera autem ebore:
horum quæ quidem venerint per sectum ebur,
hæc decipiunt, verba irrita ferentia;
quæ vero per polita cornua iverint foras,
hæc vera perficiunt, hominum quando aliquis viderit.
At mihi non hinc puto grave somnium
venisse: certe gratum mihi et filio foret.
Aliud autem tibi dicam, tu vero in mente reconde tua:
hæc jam aurora adveniet infausta, quæ me Ulyssis
a-domo amovebit: nunc enim deponam certamen,
secures, quas ille in ædibus suis
statuebat ordine, navium-statumina veluti, duodecim omnes:
stans autem ille valde procul, _per omnia foramina_ trajiciebat sagittam.
Nunc vero procis certamen hoc imponam:
qui autem facillime intenderit arcum in manibus,
et jaculatus-fuerit per-secures duodecim omnes,
hunc una sequar, relicta hac domo
juventutis _meæ,_ perpulcra, plena victu;
cujus aliquando recordaturam me-puto, vel in somnio.

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
o uxor veneranda Laertiadæ Ulyssis,
ne-amplius nunc differ in ædibus hoc certamen;
ante etenim ingeniosus veniet huc Ulysses,
quam isti hunc arcum bene-politum contrectantes,
nervumque intenderint, jaculatique-fuerint per-ferrum.

Hunc autem rursus-allocuta-est prudens Penelope:
si velles mihi, hospes, assidens in ædibus
_me_ delectare, haud mihi somnus in palpebras funderetur.
Verum enim nequaquam licet insomnes esse semper
homines; namque singulis sortem imposuerunt
immortales mortalibus super almam terram.
Sed sane ego, in-cœnaculum ubi-ascendero,
decumbam in lecto, qui mihi luctuosus factus-est,
semper lacrimis meis imbutus, ex quo Ulysses
abiit, visurus malum-Ilium non nominandum.
Illic cubuero: tu vero cuba hac in domo,
vel humi ubi-straveris, vel _famuli_ cubilia deponunto.

Sic locuta ascendit in-cœnacula splendida,
non sola; cum ea et famulæ iverunt aliæ.
In-cœnacula autem ubi-ascenderat cum famulis mulieribus,
flebat deinde Ulyssem, carum maritum; donec ei somnum
dulcem palpebris immisit cæsiis-oculis Minerva.

[TR1] "XX" -> "XIX"

Odysseæ XX.—Quæ ante cædem procorum facta.

ARGUMENT:

While Ulysses lies in the vestibule of the palace, he is witness to the disorders of the women. Minerva comforts him, and casts him asleep. At his waking he desires a favourable sign from Jupiter, which is granted. The feast of Apollo is celebrated by the people, and the suitors banquet in the palace. Telemachus exerts his authority amongst them; notwithstanding which, Ulysses is insulted by Caesippus, and the rest continue in their excesses. Strange prodigies are seen by Theoclymenus, the augur, who explains them to the destruction of the wooers.

TEXT:

Atque in vestibulo cubabat divinus Ulysses:
sub _se_ quidem crudam bubulam _pellem_ stravit, at superne
pelles multas ovium, quas sacrificabant Achivi:
Eurynome vero deinde lænam injecit ad-somnum-composito.
Illic Ulysses procis mala meditans in animo,
jacebat vigilans: sed ex domo mulieres
iverunt, quæ cum-procis miscebantur pridem,
sibi-invicem risumque et hilaritatem præbentes.
Hujus autem commovebatur animus in pectoribus caris:
multum vero deliberabat in mente et in animo,
utrum adortus mortem pararet unicuique,
an adhuc sineret cum-procis superbis misceri
extremo et ultimo: cor autem ei intus latrabat.
Sicut vero canis tenellos circa catulos gradiens,
in-virorum ignotum latrat ardetque pugnare;
sic hujus intus latrabat _cor_ ægre-ferentis mala opera;
pectus autem percutiens, cor increpuit sermone:

Tolera jam, cor; et pejus aliud aliquando tolerasti,
die illo, quando tibi robore invictus comedebat Cyclops
fortes socios; tu vero sustinebas, donec te sollertia
eduxit ex antro, quum-putares _te_ moriturum.

Sic dixit, in pectoribus increpans carum cor:
ei autem plane _ut navis_ in retinaculo cor manebat tolerans
continenter: at ipse volvebatur huc et illuc.
Sicut autem quando ventriculum vir, multo igne ardenti,
plenum pinguedineque et sanguine, huc et illuc
varie-versat, valdeque cito cupit assatum-esse:
sic ille huc et illuc volvebatur, deliberans,
quomodo demum procis impudentibus manus inferret,
solus quum-esset, multis. Prope vero eum venit Minerva
de-cœlo delapsa: corpore autem assimilata-erat mulieri:
stetitque ei supra caput, et ipsum sermone allocuta-est:

Cur iterum vigilas, præ omnibus infelix viris?
domus quidem tibi hæc est, uxor autem tibi hæc in domo,
et filius, qualem fere aliquis cuperet esse _sibi_ filium.

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
certe jam hæc omnia, dea, apposite dixisti;
sed nonnihil mihi hoc animus in mente cogitat,
quomodo demum procis impudentibus manus inferam,
solus quum-sim; hi autem semper frequentes intus sunt.
Insuper autem et hoc majus in mente cogito:
si enim _eos_ interfecero, Jovisque tuaque voluntate,
quo subterfugiam? hoc te considerare jubeo.

Hunc autem rursus allocuta-est dea cæsiis-oculis Minerva:
miser, et quidem aliquis etiam pejori confidit socio,
qui-quidem mortalisque sit et non tanta consilia noverit:
at ego dea sum, perpetuo quæ te custodio
in omnibus laboribus; dicam autem tibi aperte:
si-vel quinquaginta agmina articulate-loquentium hominum
nos circumstarent, interficere cupientia Marte,
etiam horum abigeres boves et pingues oves.
Sed capiat te et somnus: molestum _est_ etiam excubare
tota-nocte vigilantem; e-malis vero emerges jam-nunc.

Sic dixit; et inde ei somnum palpebris infudit:
ipsa autem retro in Olympum abiit nobilissima dearum,
quando hunc somnus capiebat, solvens curas animi,
membrorum-relaxator. Uxor vero experrecta-est honesta sciens:
flebatque inde in lectis sedens mollibus.
Ac postquam flens satiarat-se suo in animo,
Dianæ primum supplicavit divina mulierum:

Diana, veneranda dea, filia Jovis, utinam mihi jam
sagitta pectoribus immissa animum eximeres
statim nunc; vel postea me raptam procella
iverit portans per aereas vias,
et fluentis injiciat reflui Oceani.
Sicut autem quando Pandari filias sustulerunt procellæ;
quibus parentes quidem perdiderant dii; ipsæ autem relictæ-erant
orbæ in ædibus, curavit vero divina Venus
caseo, et melle dulci, et suavi vino:
Juno autem ipsis præ omnibus dedit mulieribus
speciem et prudentiam; proceritatem vero præbuit Diana casta;
opera autem Minerva docuit inclyta operari.
Quando Venus divina adiit magnum Olympum,
puellis petitura perfectionem floridarum nuptiarum,
ad Jovem gaudentem-fulmine (ille etenim bene scit omnia,
fortunamque infortuniumque mortalium hominum):
interea tamen puellas Harpyiæ abripuerunt,
et dederunt odiosis Erinnybus servituras:
sic me deleant Olympias domos habentes,
vel me pulcris-comis-prædita feriat Diana: ut Ulyssem
ob-oculos-habens, etiam terram odiosam subeam,
neu omnino pejoris viri lætificem mentem.
Sed hoc quidem et tolerabile habet malum, quando aliquis
per-dies quidem flet, perpetuo dolens corde,
per-noctes vero somnus _eum_ habet (hic etenim oblivisci-facit omnium
bonorum et malorum, ubi palpebras obtexerit:)
at mihi et insomnia immittere-solet mala deus.
Hac enim rursus mihi nocte accubuit similis ipsi,
talis, qualis ivit cum exercitu; at meum cor
gaudebat, quoniam non putabam somnium esse, sed jam visionem-veram.

Sic dixit; statim vero in-aureo-solio venit Aurora.
Ilius autem flentis vocem intellexit divinus Ulysses:
cogitabatque deinde: visa vero est ei in animo
jam _ipsum_ cognoscens astare capiti.
Lænam quidem ubi-collegerat et pelles, in-quibus cubabat,
in domum deposuit in sella: extra vero bubulam _pellem_
posuit foras ferens: Jovi autem supplicabat manibus sublatis:

Jupiter pater, sic me volentes super siccumque et humidum
duxistis meam in terram, postquam me malis-affecistis valde,
omen aliquis mihi emittat expergefactorum hominum
intus; extra autem Jovis portentum aliud ostendatur.

Sic dixit precans: eum vero exaudivit providus Jupiter;
statimque tonuit a splendido Olympo
ab-alto e nubibus; gavisus-est autem divinus Ulysses:
Omen vero e domo mulier emisit molitrix
prope, ubi quidem ei molæ erant, pastori virorum:
hi autem duodecim omnes sedulo-incumbebant mulieres,
farinas-hordeaceas conficientes et triticeas, medullam virorum.
Ceteræ quidem dormiebant, postquam triticum moluerant;
una vero nondum cessabat; debilissima autem erat:
quæ sane molam ubi-stiterat, verbum dixit, signum regi:

Jupiter pater, qui diis et hominibus imperas,

certe valde tonuisti a cœlo stellato,
neque usquam nubes est; portentum utique alicui hoc ostendis.
Perfice nunc et mihi miseræ verbum, quod dicam:
proci postremumque et ultimum die hoc
in ædibus Ulysses capiant convivium desiderabile;
qui jam mihi labore tristi genua solverunt,
farinas conficienti; nunc ultimo cœnent.

Sic igitur dixit: gaudebat autem omine divinus Ulysses
Jovisque tonitru: putabat enim _se_ ulturum noxios.

Ceteræ vero famulæ in ædibus pulcris Ulyssis
congregatæ accendebant in foco indefessum ignem.
Telemachus autem e-lecto surrexit, deo-par vir,
vestes sibi-induens: atque ensem acutum suspendit-ab humero;
pedibusque sub nitidis ligavit pulcros calceos;
sumsitque validam hastam, præfixam acuto ære;
stetit autem super limen gradiens, et Eurycleam allocutus-est:

Nutrix dilecta, hospitem honorastis in domo
lecto et cibo? an sic jacet neglectus?
Talis enim mihi mater, prudens licet sit:
insane alterum honorat articulate-loquentium hominum,
deteriorem, alterum vero meliorem inhonoratum dimittit.

Hunc autem rursus allocuta-est prudens Euryclea:
ne illam nunc, fili, insontem accuses.
Vinum enim bibebat _ille_ sedens, quamdiu volebat ipse:
cibum autem non-amplius dixit _se_ appetere; interrogabat enim ipsum.
Sed quando demum cubitus et somni meminerat,
illa quidem cubilia jussit _ei_ substernere ancillas:
at is, tanquam aliquis ærumnosus et infortunatus,
non voluit in lectis et in stragulis dormire,
sed in cruda bubula _pelle,_ et pellibus ovium
dormivit in vestibulo: lænam vero injecimus nos.

Sic dixit: Telemachus vero per domum _transiens_ egressus-est,
hastam habens; una eum canes pedibus veloces sequebantur.
Profectus-est autem ire in concionem ad bene-ocreatos Achivos.
At ancillas inde hortabatur divina mulierum,
Euryclea, Opis filia Pisenoridæ:

Agite, aliæ quidem domum verrite festinantes,
aspergiteque; et in sedilibus fabrefactis tapetas
injicite purpureos: aliæ vero spongiis mensas
omnes abstergite, purgate autem crateras
et pocula duplicia fabrefacta: aliæ vero petituræ aquam
ite ad-fontem, et afferte cito euntes:
non enim diu proci aberunt a-domo;
sed valde mane venient; quoniam et omnibus _est_ festus-dies.

Sic dixit: illæ autem ei perquam auscultarunt et paruerunt.
Viginti quidem iverunt ad-fontem nigris-aquis;
aliæ vero illic in ædibus scite operabantur.[TR1]

Ingressi-sunt autem famuli Achivorum: hi quidem deinde
bene et scite findebant ligna; sed mulieres
venerunt a fonte; illisque supervenit subulcus,
tres porcos deducens, qui erant inter omnes optimi.
Et hos quidem sivit per septa pulcra pasci,
ipse vero jam Ulyssem allocutus-est blandis _verbis:_

Hospes, jamne te magis Achivi respiciunt,
an te ignominia-afficiunt in ædibus, sicut antea quidem?

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
utinam enim jam, Eumæe, dii ulciscerentur contumeliam,
qua isti insultantes indigna machinantur
domo in aliena, nec pudoris portionem _æquam_ habent.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Prope autem ipsos venit Melanthius, custos caprarum,
capras agens, quæ inter-omnes excellebant greges,
cœnam procis; duo autem una comitabantur pastores.
Et has quidem religavit sub porticu sonora;
ipse vero jam Ulyssem allocutus-est conviciis:

Hospes, adhuc etiam nunc hic molestus-eris in domo
a-viris petens? at non exibis foras?
omnino non-amplius nos diremtum-iri puto,
priusquam manus _invicem_ gustaverimus; quia tute non decenter
petis: sunt autem et alia convivia Achivorum.

Sic dixit: hunc autem nihil allocutus-est ingeniosus Ulysses,
sed tacite movit caput, mala profunde-cogitans.

His autem tertius supervenit Philœtius, princeps virorum,
bovem sterilem procis agens, et pingues capras:
(portitores vero hos trajecerunt, qui etiam alios
homines deducunt, quicunque ipsis advenerit)
et has quidem bene religavit sub porticu sonora:
ipse autem jam interrogabat subulcum, prope astans:

Quis jam hic hospes nuper venit, subulce,
nostram ad domum? ex quibus vero _se_ profitetur esse
viris? ubinam autem ei genus et patria terra?
infelix; certe similis-est corpore regi domino.
Sed dii malis-mergunt multivagos homines,
quando etiam regibus destinabunt ærumnam.

Dixit, et dextra complectebatur manu astans;
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

Salve, pater o hospes! adsit tibi in posterum saltem
felicitas; at nunc quidem malis teneris multis.
Jupiter pater, nullus te deorum crudelior alius:
non parcis viros, postquam jam _eos_ generasti ipse,
miscere malo et doloribus exitiosis.
Sudavi, ut animadverti, lacrimisque-oppleti-sunt mihi oculi
recordanti Ulyssis; quoniam et illum puto
tales pannos habentem inter homines vagari,
sicubi adhuc vivit, et videt lumen solis.
Sin vero jam mortuus-est, et in Orci ædibus,
hei mihi inde ob-Ulyssem eximium; qui me bobus
præfecit, adhuc parvulum, Cephallenorum in populo.
Nunc autem hæ quidem fiunt innumeræ, neque aliter (_melius_)
cuipiam viro succresceret boum genus latis-frontibus:
has vero alii me jubent ducere sibi ipsis
ad-edendum; neque omnino filium in ædibus curant,
nec vindictam timent deorum; cupiunt enim jamdudum
possessiones dividere diu absentis regis.
At mihi hoc animus in pectoribus caris
multum volvit: valde quidem malum, filius quum-exstet,
aliorum populum adire, euntem cum-ipsis bobus,
viros ad alienos; hoc vero durius, hic manentem
bobus alienis assidentem dolores pati.
Et jam olim ad-alium magnanimorum regum
exivissem fugiens, quoniam non-amplius tolerabilia _hæc_ sunt:
sed adhuc illum infelicem exspecto, sicunde reversus
virorum procorum dispersionem per ædes faciat.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
bubulce, quia nec malo neque insipienti viro similis-es,
(cognosco vero et ipse, quod tibi prudentia mentem intravit)
ideo tibi dicam et insuper magnum jusjurando jurabo:[TR2]
sciat nunc Jupiter primum deorum, hospitalisque mensa,
focusque Ulyssis eximii, ad-quem veni,
certe, te hic præsente, veniet domum Ulysses;
tuisque oculis videbis, si volueris,
interfici[TR3] procos, qui hic dominantur.

Hunc autem rursus allocutus-est boum bubulcus vir,
utinam enim hoc, hospes, verbum perficeret Saturnius!
cognosceres, qualis mea potentia et _quales me_ manus comitentur.

Sic autem pariter Eumæus supplicavit omnibus diis,
ut-rediret Ulysses prudens suam domum.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Proci autem Telemacho mortemque interitumque
struebant: at iis sinistra venit avis,
aquila altivolans, tenebat vero timidam columbam.
Illis autem Amphinomus concionatus-est, et dixit:

O amici, haud nobis continget hoc sane consilium,
Telemachi cædes: sed meminerimus convivii.

Sic dixit Amphinomus, illis vero placebat sermo.
Intrantes autem in ædes Ulyssis divini,
lænas quidem deposuerunt in sedilibusque soliisque;
ipsi autem mactabant oves magnas et pingues capras;
mactabant etiam sues porcos, et bovem armentalem;
viscera vero assata distribuebant: ac vinum in
crateribus miscebant: pocula autem distribuit subulcus.
Panem vero ipsis distribuit Philœtius, princeps virorum,
pulcris in canistris; vinumque-fundebat Melantheus.
Illi vero ad cibos paratos appositos manus porrigebant.

Telemachus autem Ulyssem sedere-fecit, astutias versans,[TR4]
intra bene-fundatam domum, apud lapideum limen,
sella turpi posita, parvaque mensa:
apposuit vero _ei_ viscerum partes, et vinum infudit

in poculo aureo, et ipsum sermone allocutus-est:

Illic nunc sede inter viros vinum-bibens:
convicia vero tibi ipse ego et manus abarcebo
omnium procerum; quoniam nequaquam publica est
domus hæc, sed Ulyssis, mihi autem acquisivit ille.
Vos vero, proci, continete animum a-convicio,
et manibus _violentis;_ ut ne qua lis et contentio oriatur.

Sic dixit: illi autem omnes mordicus labris compressis
Telemachum admirabantur, quod audacter loquebatur.
In-hos autem Antinous locutus-est, Eupithei filius:

Et molestus quantumvis sit, accipiamus sermonem, Achivi,
Telemachi; valde autem nobis minatus loquitur.
Non enim Jupiter sivit Saturnius: alioquin ipsum jam
compescuissemus in ædibus, argutus licet sit concionator.

Sic dixit Antinous; ille vero non curabat verba.
Præcones autem per urbem deorum sacram hecatomben
ducebant: congregabantur autem capite-comantes Achivi
luco sub umbroso longe-jaculantis Apollinis.

Hi autem postquam assarant carnes superiores, et _igni_
extraxerant,
partibus divisis, convivabantur celebri convivio.
Inde Ulyssi partem apposuerunt _ii_ qui ministrabant,
æqualem, sicut ipsi sortiebantur: sic enim jussit
Telemachus, dilectus filius Ulyssis divini.

Procos autem illustres non omnino sinebat Minerva
contumelia abstinere acerba; ut adhuc magis
subiret dolor cor Laertiadæ Ulyssis.
Erat vero quidam inter procos vir, nefario animo,
Ctesippus autem nomen erat, in Sameque domos habitabat;
qui scilicet possessionibus fretus immensis
ambiebat Ulyssis diu absentis uxorem.
Is quidem tunc inter procos superbos dixit:

Audite me, proci illustres, ut aliquid dicam;
partem quidem jam hospes habet dudum, sicut decet,
æqualem; non enim honestum _est_ privare, nec justum,
hospites Telemachi, quicunque ad-has ædes pervenerit.
Sed age, ei et ego dem hospitale donum: ut et ipse
vel balneatori det munus, vel alicui alii
famulorum, qui _sunt_ in ædibus Ulyssis divini.

Sic locutus, projecit bovis pedem manu robusta,
jacentem, ex canistro sumtum: sed evitavit _eum_ Ulysses,
leniter declinato capite; subrisit autem animo
Sardanium omnino _risum_ talem: ille tamen bene-ædificatum
feriit murum.
Ctesippum vero Telemachus increpuit sermone:

Ctesippe, certe omnino tibi hoc utilius fuit animo:
non percussisti hospitem; evitavit enim telum ipse.
Certe enim te medium percussissem hasta acuta,
et tibi pro nuptiis pater exsequias celebrasset
hic. Ideo ne quis mihi insolentias in domo
prodat: jam enim intelligo et novi singula,
bonaque, et quæ-sunt pejora: antea vero adhuc infans eram.
Sed tamen hæc quidem et toleramus inspicientes,
ovibus mactatis, vinoque potato,
et pane _consumto:_ difficile enim cohibere unum multos.
Sed age, ne-amplius mihi mala facite infensi:
sin autem jam me ipsum interficere cupitis ære,
etiam hoc vellem, et multo satius esset
mori, quam hæc semper indigna opera videre,
hospitesque pulsatos, famulasque mulieres
vos violantes indigne per ædes pulcras.

Sic dixit: illi vero omnes muti facti-sunt silentio:
sero autem tandem inter-eos locutus-est Damastorides Agelaus:

O amici, haud jam quisquam super dicto æquo
contrariis verbis carpens sæviat:
neu amplius hunc hospitem pulsate, neu quenquam alium
famulorum, qui in ædibus _sunt_ Ulyssis divini.
Telemacho autem verbum ego et matri dixerim
mite, si ipsis corde placeat ambobus.
Quamdiu quidem vobis animus in pectoribus sperabat
rediturum Ulyssem prudentem suam domum,
tamdiu minime indignum manereque erat et detinere
procos in ædibus; quoniam hoc satius erat,
si rediisset Ulysses, et redux venisset domum:
nunc vero jam hoc manifestum, quod non-amplius reditus-compos

est.
Sed age, tuæ hæc matri assidens nuntia,
ut-nubat _ei,_ quicunque optimus vir, et _qui_ plurima præbuerit:
ut tu quidem gaudens paterna omnia possideas,
edens et bibens; illa vero alius domum curet.

Illum autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
non per Jovem, Agelae, et dolores patris mei,
qui alicubi longe-ab Ithaca vel periit vel vagatur,
nequaquam remoror matris nuptias; sed jubeo _eam_
nubere, cuicunque velit, atque insuper multa dona dabo:
vereor autem invitam a domo pellere
verbo violento; ne istud deus perfecerit.

Sic dixit Telemachus: procis vero Pallas Minerva
inextinctum risum movit, errareque-fecit intellectum.
Hi autem jam maxillis ridebant alienis;
cruentatasque carnes comedebant; oculi vero ipsorum
lacrimis implebantur; fletumque præsagiebat animus.
Inter-hos autem et locutus-est Theoclymenus deo-similis:

Ah miseri, quod malum hoc patimini? nocte quidem vestra
obvoluta-sunt capitaque, faciesque, subtusque genua.
Ululatus autem exarsit, lacrimisque-oppletæ-sunt genæ:
sanguine vero conspersi-sunt parietes pulcraque intercolumnia;
simulacris autem plenum _est_ vestibulum, plenaque et aula,
properantibus in-Erebum sub tenebras; sol vero
ex-cœlo deperiit; malaque incessit caligo.

Sic dixit: illi autem omnes super ipso suaviter riserunt.
His vero Eurymachus, Polybi filius, incipiebat loqui:

Desipit hospes nuper aliunde _huc_ advectus.
Sed ipsum statim, juvenes, domo emittite foras,
in forum ut-eat; quoniam hæc nocti assimilat.

Hunc autem rursus allocutus-est Theoclymenus deo-similis:
Eurymache, nequaquam te jubeo mihi comites præbere;
sunt mihi oculique et aures et pedes ambo,
et mens in pectoribus facta nequaquam incongrua.
Horum-ope exibo foras, quoniam sentio malum vobis
ingruens, quod nemo subterfugere-possit neque evitare
procorum, qui per domum deo-paris Ulyssis
viros contumelia-afficientes injusta machinamini.

Sic locuta, exivit ædibus ad-habitandum-commodis:
ivit autem ad Piræum, qui ipsum lubens suscepit.
Proci vero omnes in se-invicem intuentes,
Telemachum irritabant, de hospitibus ridentes:
sic autem aliquis dicebat juvenum superbientium:

Telemache, nemo te pejorum-hospitum-exceptor alius;
qualem quidem quendam hunc habes mendicum erronem,
panis et vini indigentem, nec quicquam operum
scientem, nec fortitudinis, sed incassum pondus terræ.
Alius autem demum quidam hic surrexit ad-vaticinandum.
Sed si mihi parueris, quod multo satius fuerit:
illos hospites in navem multis-transtris-instructam conjectos
ad Siculos mittamus, unde _quis_ dignum pretium-referat.

Sic dixerunt proci: ille vero non curabat verba;
sed tacite patrem intuebatur, exspectans semper,
quando demum procis impudentibus manus inferret.

At e-regione autem ubi-posuerat perpulcram sellam
filia Icarii, prudens Penelope,
virorum in ædibus uniuscujusque sermonem audiebat.
Prandium etenim illi ridentes fecerat,
suaveque et gratum, quippe valde multa mactarant:
cœna vero nequaquam injucundior alia fieri-possit,
qualem sane mox erant dea et fortis vir
facturi: priores enim _proci_ indigna machinabantur.

[TR1] "operabantur" -> "operabantur."
[TR2] "jurabo:]" -> "jurabo:"
[TR3] "interfeci" -> "interfici"
[TR4] "versans." -> "versans,"

Odysseæ XXI.—Arcus in medio positus.

ARGUMENT: THE BENDING OF ULYSSES' BOW.

Penelope, to put an end to the solicitation of the suitors, proposes to marry the person who shall first bend the bow of Ulysses, and shoot through the ringlets. After their attempts have proved ineffectual, Ulysses, taking Eumaeus and Philaetius apart, discovers himself to them; then returning, desires leave to try his strength at the bow, which, though refused with indignation by the suitors, Penelope and Telemachus cause it to be delivered to his hands. He bends it immediately, and shoots through all the rings. Jupiter at the same instant thunders from heaven; Ulysses accepts the omen, and gives a sign to Telemachus, who stands ready armed at his side.

TEXT:

  Huic autem in mente-posuit dea cæsiis-oculis Minerva,
filiæ Icarii, prudenti Penelopæ,
arcum procis ponere, canumque ferrum,
in ædibus Ulyssis, certamina et cædis principium.
Scalam vero altam ascendit suæ domus;
sumsitque clavam bene-flexam manu crassa
pulcram, æream; manubrium autem eboris inerat.
Profectaque-est ire in-thalamum, cum famulis mulieribus,
intimum; illic vero ei thesauri jacebant regis,
æsque, aurumque, valdeque-elaboratum ferrum:
Ibique arcus jacebat reflexus, et pharetra
sagittifera, multæque inerant luctuosæ sagittæ:
dona, quæ ei hospes Lacedæmone dedit obvius-factus,
Iphitus Eurytides, similis immortalibus.
Hi vero in Messena occurrerunt sibi-invicem,
in domo Orsilochi prudentis: nempe Ulysses
ivit ad-quærendum debitum, quod ei totus populus debebat:
oves enim ex Ithaca Messenii viri sustulerant
navibus multa-transtra-habentibus trecentas, et pastores.
Horum gratia in-legationem multam viam obiit Ulysses,
adolescens quum-esset: misit enim pater, aliique senes.
Iphitus autem _venerat_ equas quærens, quæ ei perierant,
duodecim feminæ, sub _iis_que mulæ patientes-operum;
quæ sane ei et postea cædes et fatum factæ-sunt,
postquam ad-Jovis filium pervenit magnanimum
virum, Herculem, magnorum scientem operum;
qui ipsum, hospes quum-esset, interfecit sua in domo:
iniquus, nec deorum vindictam reveritus-est nec mensam,
quam _ille_ jam ei apposuerat: postea autem occidit etiam ipsum:
equas vero ipse habuit solidis-ungulis in ædibus.
Has quærens Ulyssi obvius-factus-est; dedit autem arcum,
quem antea quidem gestabat magnus Eurytus; at is filio
eum reliquit moriens in ædibus excelsis.
Illi vero Ulysses ensem acutum et validam hastam dedit,[TR1]
principium hospitii necessarii: nec mensa
cogniti-sunt inter-se: prius enim Jovis filius interfecit
Iphitum Eurytiden, similem immortalibus,
qui ei arcum dedit. Hunc autem neutiquam divinus Ulysses,
proficiscens ad-bellum nigris in navibus,
capiebat; sed illic monumentum hospitis dilecti
jacebat in ædibus; gestabat vero _is_ ipsum sua in terra.

  Quando autem jam ad-thalamum hunc pervenit divina mulierum,
limenque quernum ascenderat, quod olim faber
polivit scite, et ad-perpendiculum exegit;
in _eo_ vero postes aptavit, foresque apposuit splendidas:
statim deinde illa lorum cito resolvit annuli,
et clavem immisit, foriumque repulit pessulos,
ex-adverso _eos_ aptans: hæ autem resonuerunt, velut taurus
pascens in-prato; tantum sonuerunt pulcræ fores,
pulsæ clavi, apertæque-sunt ei cito.
Ipsa vero altum tabulatum ascendit, ubi quidem arcæ
stabant; in his vero odoriferæ vestes jacebant.
Illinc manu-porrecta, a clavo cepit arcum
cum-ipsa theca, quæ ei circumdata-erat splendida.
Sedensque ibidem, caris genibus _eum_ impositum-tenens,
flebat admodum stridule; eduxitque arcum regis.
Hæc autem postquam satiata-est lacrimoso fletu,
profecta-est ire in-domum ad procos illustres
arcum tenens in manu reflexum, ac pharetram
sagittiferam; multæ vero inerant luctuosæ sagittæ.
Cum-ea autem simul ancillæ portabant cistam; ubi ferrum
jacebat multum et æs, certamina regis.
Sed quando demum ad-procos pervenit divina mulierum,
stetit ad postem domus firmiter structæ,
genis obtendens nitida redimicula.
[ancilla vero ei proba utrinque astitit.]
Statim autem _ea_ inter-procos locuta-est, et dixit sermonem:

  Audite me, proci illustres, qui in-hanc domum
ingruistis ad-comedendum et bibendum assidue semper,
viro absente multo tempore; neque ullum alium
hujus rei facere prætextum potuistis,[TR2]

nisi me cupientes ducere, facereque uxorem.
Sed agite, proci, quoniam hoc apparet certamen;
deponam enim magnum arcum Ulyssis divini:
qui autem facillime intenderit arcum in manibus,
et sagittam-miserit per-secures duodecim omnes,
hunc una secuta-fuero, relicta hac domo
juventutis _meæ,_ perpulcra, plena victu,
cujus aliquando recordaturam _me_ puto, vel in somnio.

Sic dixit; et Eumæum jussit, divinum subulcum,
arcum procis deponere, canumque ferrum.
Lacrimans vero Eumæus _eum_ accepit et deposuit;
flebat autem bubulcus ex-altera-parte, postquam vidit arcum
regis.
Antinous vero _eos_ increpabat, verbumque dixit et elocutus-est:

Stulti rustici, quæ-in-diem-sunt cogitantes;
ah miseri, cur jam lacrimas funditis, et mulieri
animum in pectoribus commovetis? cui etiam alioqui
jacet in doloribus animus, postquam carum perdidit maritum.
Sed tacite epulamini sedentes; vel foras
flete egressi, hic arcum relinquentes,
procis certamen difficile; non enim puto
facile hunc arcum bene-politum tensum-iri.
Non enim quisquam adest talis vir inter hosce omnes,
qualis Ulysses erat; ego vero eum ipse vidi
(etenim memor sum), puer autem adhuc infans eram.

Sic dixit: ipsi vero animus in pectoribus sperabat
nervum _se_ tensurum, sagittamque-missurum per-ferrum.
Nempe sagittam quidem primus gustaturus erat
ex manibus Ulyssis eximii, quem olim contumelia-afficiebat
sedens in ædibus, incitabatque omnes socios.
Inter-hos vero et locuta-est sacra vis Telemachi.

Dii boni, certe valde me Jupiter dementem reddidit Saturnius:
mater quidem mea dicit cara, prudens quamvis sit,
alium una secuturam _se,_ relicta hac domo;
at ego rideo, et delector vecordi animo.
Sed agite, proci, quoniam hoc apparet certamen _de tali,_
qualis nunc non est mulier per Achaicam terram,
nec Pyli sacræ, neque Argis, nec Mycenis;
[neque in-ipsa Ithaca, neque in-continente nigra;]
et vero ipsi hoc scitis; quid me oportet matrem laudare?
Sed agite, ne prætextibus _rem_ protrahite, neu amplius arcus
diu aversamini tensionem, ut videamus.
Et vero ipse ego arcum experiar:
si autem tendero, sagittamque-misero per-ferrum,
non mihi dolenti has ædes veneranda mater
liquerit, una cum-alio profecta, quum ego pone relinquar,
valens jam patris certamina pulcra reportare.

Dixit, et ab humeris lænam deposuit purpuream,
erectus exsurgens; atque ensem acutum deposuit ab-humeris.
Primum quidem secures statuit, vallo perfosso
omnibus uno longo, et ad amussim direxit;
circumque terram ingessit: stupor vero cepit omnes, videntes
quam accurate statuit; antea autem nunquam viderat.
Stetit vero deinde ad limen profectus, et arcum tentabat.
Ter quidem ipsum pepulit, trahere cupiens;
ter autem destitit ab-impetu, sperans hoc animo,
nervum _se_ tensurum, sagittamque-missurum per-ferrum.
Et jam demum tetendisset, vi quartum attrahens:
sed Ulysses nutu-prohibebat, et coercuit, cupientem licet.
Inter-hos autem rursus locuta-est sacra vis Telemachi:

Dii boni! certe _vel_ etiam postea malusque ero et imbecillis,
vel junior sum, et nondum manibus confido,
virum ut-propulsem, quando aliquis prior lacessiverit.
Sed agite, qui-quidem me viribus præstantiores estis,
arcum tentate, et perficiamus certamen.

Sic locutus, arcum quidem a se deposuit humi,
acclinatum conglutinatis bene-politis[TR3] tabulis;
ibidemque velox telum pulcro acclinavit annulo:
iterum vero deinde resedit in sede, unde surrexerat.
Inter-hos autem Antinous locutus-est, Eupithei filius:[TR4]

Surgite ordine a-dextra omnes socii,
exorsi ab-eo loco, unde quidem vinum-fundit _aliquis._

Sic dixit Antinous: illis vero placebat sermo.
Liodes autem primus surrexit, Œnopis filius,
qui ipsis haruspex erat; juxta craterem vero pulcrum
sedebat intimus semper; improbitates autem ei soli
invisæ erant, omnibusque succensebat procis.

Qui tunc primus arcum cepit et telum velox.
Stetit autem inde ad limen profectus, et arcum tentabat;
neque ipsum tetendit: prius enim fatigatus-est manibus attrahens,
haud-tritis, mollibus: inter procos vero dixit:

O amici, non quidem ego tendo; capiat vero et alius.
Multos enim hic arcus optimates privabit
animo et mente: quoniam multo melius est
mori quam vivos excidere _ea re,_ cujus gratia semper
hic versamur, exspectantes dies omnes.
Nunc quidem aliquis et sperat in mente, et cupit
ducere Penelopen, Ulyssis uxorem:
at postquam arcum tentaverit et viderit,
aliam demum aliquam postea Achivarum pulcris-peplis-indutarum
ambiat sponsalibus petens: hæc autem deinde
nubat _ei,_ qui plurima dederit, et fatalis venerit.

Sic igitur dixit; et a se arcum deposuit,
acclinatum conglutinatis bene-politis tabulis:
ibidemque velox telum pulcro acclinavit annulo:
iterum vero deinde resedit in sede, unde surrexerat.
Antinous autem _eum_ increpabat, verbumque dixit et elocutus-est:

Liodes, quale tibi verbum fugit ex septo dentium,
graveque molestumque! indignor etenim audiens:
si demum hic arcus optimates privabit
animo et mente, quoniam non potes tu tendere.
Nequaquam enim te talem genuit alma mater,
qui tractator arcusque esses et sagittarum:
sed alii tendunt cito proci illustres.

Sic dixit; et jussit Melanthium, custodem caprarum:
Age jam, _inquiens,_ ignem accende in ædibus, Melantheu,
juxta autem pone sellamque magnam et pellem super ipsa,
effer autem sevi magnum orbem, _de eo_ quod-intus est,
ut juvenes calefacientes, inungentes unguine,
arcum tentemus, et perficiamus certamen.

Sic dixit: statim autem accendit Melanthius indefessum ignem;
juxtaque ferens sellam posuit et pellem super ipsa,
extulitque sevi magnum orbem, _de eo_ quod-intus erat;
quo sane juvenes, calefacientes, tentabant: nec poterant
tendere, multum autem robore defecti erant.
Antinous vero adhuc abstinebat, et Eurymachus deo-similis,
principes procorum; viribus autem erant longe principes.

Illi autem e domo exivere una-profecti simul ambo
bubulcus et subulcus Ulyssis divini;
exivit autem ipse post illos domo divinus Ulysses.
Sed quando jam extra fores erant atque aulam,
locutus ipsos verbis affabatur blandis:

Bubulce, et tu, subulce, verbumne aliquod dicam,
an ipse celem? dicere autem me animus jubet.
Quales essetis Ulyssi auxiliando, sicunde veniret
huc valde derepente, et aliquis deus ipsum afferret?
utrum procis auxiliaremini, and Ulyssi?
dicite, quomodo vos cor animusque jubet.

Hunc autem rursus allocutus-est boum bubulcus vir:
Jupiter pater, utinam enim hoc perficeres votum,
ut veniret quidem ille vir, adduceretque ipsum deus:
cognosceres, qualis mea potentia _sit_ et _quales me_ manus
comitentur.

Sic autem pariter Eumæus supplicabat omnibus diis,
ut-rediret Ulysses prudens suam domum.
Ac postquam horum ingenium verum cognovit,
iterum ipsos verbis respondens allocutus-est:

Intus quidem demum hic ipse ego, mala multa perpessus,
veni vigesimo anno in patriam terram.
Cognosco autem, quod vobis cupientibus venio,
solis servorum: ceterorum vero haud quenquam audivi
vota-facientem me iterum reducem domum venire.
Vobis autem, sicut erit quidem, veritatem dicam.
Si sub me deus domuerit procos illustres,
deducam ambobus uxores, et possessiones præbebo,
domosque prope me ædificatas; et mihi postea
Telemachi sociique fratresque eritis.
Eia age, jam et signum manifestum aliud quoddam ostendam,
ut me bene cognoscatis, fidatisque in animo;
cicatricem, quam quondam mihi sus inflixit albo dente,
ad-Parnassum profecto, cum filiis Autolyci.

Sic locutus, pannos magna diduxit a-cicatrice.

Illi autem postquam inspexerant, beneque cognorant singula,
flebant deinde, circa Ulyssem prudentem manibus conjectis,
et osculabantur amplectentes caputque et humeros.
Sic autem pariter Ulysses capita et manus osculatus-est.
Et jam lamentantibus occidisset lumen solis,
nisi Ulysses ipse _eos_ cohibuisset, locutusque-fuisset:

Cessate a-ploratu fletuque; ne quis videat
egressus domo, at dicat et intus.
Sed alius-post-alium intrate, neu simul omnes:
primus ego, post autem vos; at hoc signum fiat.
Alii etenim omnes, quotquot _sunt_ proci illustres,
non sinent mihi dari arcum et pharetram;
sed tu, divine Eumæe, ferens per ædes arcum,
manibus mihi impone; dicito autem mulieribus,
ut-claudant domus fores firmiter aptatas:
si vero aliqua vel gemitum vel strepitum intus audiat
virorum nostris in septis, nequaquam foras
prodeat, sed ibidem quite sit ad opus.
Tibi vero, Philœtie divine, fores mando aulæ
ut-claudas clavi, citoque vinculum indas.

Sic locutus, intravit domos habitantibus-commodas;
sedit deinde in sella, accedens, unde surrexerat:
ingressi-sunt autem deinde famuli divini Ulyssis.

Eurymachus vero jam arcum in manibus versabat,
calefaciens huc et illuc splendore ignis: sed ipsum neque sic
tendere potuit; valde autem gemebat glorioso corde:
ingemiscensque fatus-est, verbumque dixit et elocutus-est:

Dii boni! certe mihi dolor deque _me_ ipso et de omnibus;
nequaquam nuptias tantum lugeo, dolens licet:
sunt et aliæ multæ Achivæ, tum in ipsa
circumflua Ithaca, tum aliis in-urbibus:
sed si demum tantopere viribus defecti sumus
præ-deo-pari Ulysse, ut non possimus tendere
arcum: probrosum vero _hoc est_ et posteris auditu.

Hunc autem rursus Antinous allocutus-est, Eupithei filius:
Eurymache, non ita erit: intelligis vero etiam ipse.
Nunc etenim in populo festum _est_ dei
sanctum; quis autem arcum tenderet? sed quieti
deponite: at secures etiamsi sinamus omnes
stare, _bene erit;_ haud etenim quenquam sublaturum puto,
ingressum domum Laertiadæ Ulyssis.
Sed agite, pocillator quidem incipiat poculis,
ut libatione-facta deponamus curvos arcus.
Mane vero jubete Melanthium, custodem caprarum,
capras adducere, quæ in-omnibus longe præstantissimæ _sint_
gregibus;
ut femoribus impositis _in honorem_ Apollinis inclyti-arcu,
arcum tentemus, et perficiamus certamen.

Sic dixit Antinous: illis autem placebat sermo.
Ipsis vero præcones quidem aquam in manus fuderunt,
juvenes autem crateras coronarunt potu;
distribueruntque omnibus, auspicantes poculis.
Illi autem ut libarant biberantque, quantum volebat animus,
inter-eos dolos-meditans locutus-est ingeniosus Ulysses:

Audite me, proci inclytæ reginæ;
[ut dicam, quæ me animus in pectoribus jubet:]
Eurymachum autem maxime et Antinoum deo-similem
oro, quoniam et hunc sermonem apposite dixit:
nunc quidem dimittite arcum; et committite _rem_ diis,
mane vero deus dabit robur, cui voluerit.
Sed[TR5] age, mihi date arcum bene-politum, ut inter vos
manus et robur experiar, si mihi adhuc sit
vis, qualis antea erat in flexilibus membris;
an jam mihi _eam_ perdiderit vagatioque et curationis-defectus.

Sic dixit: illi vero omnes supra-modum indignati-sunt,
veriti, ne arcum bene-politum tenderet.
Antinous autem _eum_ increpabat, verbumque dixit et elocutus-est:

Ah[TR6] miser hospitum, inest tibi mens ne exigua quidem:
non contentus-es, quod quietus superbos inter nos
epularis? neque omnino convivio privaris, atque audis
sermones nostros et colloquium? nec quisquam alius
nostros sermones hospes et pauper audit.
Vinum te sauciat dulce, quod-quidem et alios
lædit, quicunque ipsum avide ceperit, nec decenter biberit.
Vinum etiam Centaurum, inclytum Eurytionem,
læsit in domo magnanimi Pirithoi,
ad Lapithas profectum: is vero postquam mentem læserat vino,

insaniens mala patravit per domum Pirithoi:
heroas vero dolor cepit; per vestibulum autem foras
pertraxerunt _in eum_ insurgentes, aures sævo ære
naresque amputantes: ille autem mente sua læsus,
ibat suum damnum portans dementi animo.
Ex quo Centauris et viris contentio facta-est,
sibique ipsi primo malum invenit _is,_ vino gravatus.
Sic et tibi magnum damnum denuntio, si arcum
tenderis: non enim cujusquam favorem invenies
nostro in populo; statim vero te navi nigra
ad Echetum regem, hominum perniciem omnium,
mittemus: inde autem nequaquam salvus-evades: sed quietus
bibeque, neu contende cum viris junioribus.

Hunc autem rurus allocuta-est prudens Penelope:
Antinoe, non quidem honestum conviciari, neque justum
hospites Telemachi, quicunque ad has ædes pervenerit.
Putasne, si hic hospes Ulyssis magnum arcum
tetenderit, manibusque viribusque suis fretus,
domum _eum_ me ducturum, et suam facturum uxorem?
Neque ipse, opinor, hoc in pectoribus sperat;
nec quisquam vestrum hujus gratia animo dolens
hic convivetur; quoniam nequaquam quidem decet.

Hanc autem rursus Eurymachus, Polybi filius, contra allocutus-est:
filia Icarii, prudens Penelope,
neutiquam te hunc ducturum putamus; neque decet:
sed verentes rumorem virorum et mulierum,
ne quando aliquis dicat deterior alius Achivorum:
Certe multo pejores viri eximii viri uxorem
ambiunt: _quippe_ neque omnino arcum bene-politum tendunt;
sed alius quidam, pauper vir errans, qui-advenerat,
facile tetendit arcum, et _sagittam_ misit per-ferrum.
Sic dicent; nobis vero probra hæc fierent.

Hunc autem rursus allocuta-est prudens Penelope:
Eurymache, non-potest fieri-ut bonæ-famæ per populum
sint _ii,_ qui domum dedecorantes consumunt
viri optimi: cur vero probra hæc facitis?
hic autem hospes, valde quidem magnus et firmo-corpore _est,_
patreque ex bono genere se-profitetur esse filium:
verum age, ei date arcum bene-politum, ut videamus.
Sic enim edico, hoc vero et perfectum erit:
si eum tetenderit, dederitque ipsi gloriam Apollo,
induam eum lænaque tunicaque, vestimentis pulcris;
daboque acutum jaculum, canum propulsatorem et virorum,
et ensem ancipitem; dabo vero et sub pedibus calceamenta,
deducendumque-curabo, quo ipsum cor animusque jubet.

Hanc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
mater mea, arcum quidem Achivorum nullus me
potentior, cui velim, dandique et negandi;
nec quotquot in aspera Ithaca dominantur,
nec quotquot in insulis prope Elidem equos-pascentem,
horum nullus mihi invito vim-afferet, si velim
semel hospiti dare hunc arcum ferendum.
Sed in conclave profecta, tua ipsius opera cura,
telamque columque, et ancillas jube
opus obire: arcus autem viris curæ-erit
omnibus, maxime vero mihi; hujus enim imperium est in domo.

Illa quidem attonita, retro in conclave ivit;
filii enim sermonem prudentem posuit-in animo.
In cœnaculum autem quum-ascendisset cum famulis mulieribus,
flebat deinde Ulyssem, dilectum maritum, donec ipsi somnum
dulcem palpebris immisit cæsiis-oculis Minerva.

Atque arcum sumtum ferebat curvum divinus subulcus;
proci autem proinde omnes increpabant in ædibus:
sic vero aliquis dicebat juvenum superbientium:

Quonam demum curvum arcum fers, nihili subulce,
demens? cito tandem te apud sues canes veloces comedent
seorsum ab hominibus, quos (_canes_) nutrivisti; si Apollo
nobis propitius-sit, et immortales dii alii.

Sic dixerunt: at ille posuit ferens ipso in loco,
veritus, quoniam multi increpabant in ædibus.
Telemachus autem ex-altera-parte minatus clamabat:

Heus, ulterius fer arcum: cito non bene omnibus obedies;
ne te, et junior licet sim, in-agrum pellam,
percutiens saxis; viribus autem præstantior sum.
Utinam enim omnibus tantum, quotquot in ædibus sunt,
ita procis manibusque viribusque præstantior essem:

tunc statim graviter aliquem ego dimitterem ut-abeat
nostra ex domo, quoniam mala machinantur.

Sic dixit: atque omnes super ipso suaviter riserunt
proci; et jam remiserunt a-gravi ira
in-Telemachum: sed arcum ferens per domum subulcus
manibus Ulyssi prudenti imposuit astans.
Evocatam autem allocutus-est nutricem Eurycleam:

Telemachus jubet te, prudens Euryclea,
claudere domus fores firmiter aptatas;
si autem aliqua _ancillarum_ vel gemitum vel strepitum intus audiat
virorum nostris in septis, nequaquam foras
prodeat; sed ibidem quiete sit apud opus.

Sic igitur dixit: illi autem non-avolabat verbum.
Clausit vero fores ædium habitantibus-commodarum.

Tacite autem ex domo Philœtius prosiliit foras,
clausitque deinde fores bene-munitæ aulæ.
Jacebat autem sub porticu funis navis utrinque-recurvæ
byblinus, quo quidem illigavit januas; et ingressus-est ipse;
sedebatque inde in sella, accedens, unde surrexerat,
inspiciens Ulyssem. Hic autem jam arcum tractabat,
omni-ex-parte versans, tentans huc et illuc,
veritus ne cornua vermes edissent, absente domino.
Sic vero aliquis dicebat, intuitus in propinquum alium:

Sane _hic_ aliquis peritus et callidus est arcuum;
aut jam fere tales etiam ipsi domi jacent,
aut ille molitur facere: ita in manibus _eum_
versat huc et illuc malorum expertus erro.

Alius autem rursus dicebat juvenum superbientium:
utinam enim jam tantum utilitatis particeps-fieret,
sicut hic unquam hunc poterit tendere.

Sic igitur dixerunt proci: at ingeniosus Ulysses
statim postquam magnum arcum ponderavit, et vidit undique,
sicut quando vir citharæ peritus et cantus
facile extendit novo in clavo chordam,
ubi-nexuerit utrinque bene-tortum intestinum ovis;
sic utique sine nisu tetendit magnum arcum Ulysses.
Dextera autem inde manu prehensum tentavit nervum;
hic vero subtus clare sonuit, hirundini similis voce.
Procis autem inde dolor factus-est magnus, omnibusque color
mutatus-est; Jupiter vero valde tonuit, signa ostendens:
gavisus-est autem deinde audens divinus Ulysses,
quod jam sibi ostentum misisset Saturni filius versuti.
Sumsit vero velocem sagittam, quæ ei adjecebat mensæ
nuda; ceteræ autem cavam intra pharetram
jacebant, quas cito erant Achivi experturi.
Hanc inde ad-arcus-medium tenens, trahebat nervum crenasque,
indidem ex sella, sedens; misit autem sagittam
ex-adverso collimans: a-securibus vero non-aberravit omnibus,
a-primo-foramine _ad ultimum,_ penitusque transivit foras
sagitta ære-gravis; ipse vero Telemachum allocutus-est:[TR7]

Telemache, non te hospes in ædibus dedecorat
sedens; neque omnino a-scopo aberravi, neque arcum
diu laboravi tendens; adhuc mihi robur integrum est;
non uti me proci ignominia-afficientes vituperant.
Nunc autem hora _est_ et cœnam Achivis parandi
in luce; at postea et aliter delectandi-se
cantu et cithara; hæc etenim sunt ornamenta convivii.

Dixit, et superciliis innuit; ac circumposuit-sibi ensem acutum
Telemachus, dilectus filius Ulyssis divini;
ac manum caram circumdedit hastæ: prope vero ipsum
juxta sellam stetit, armatus splendido ære.

[TR1] "dedit." -> "dedit,"
[TR2] "potuistis;" -> "potuistis,"
[TR3] "bene-pelitis" -> "bene-politis"
[TR4] "filius;" -> "filius:"
[TR5] "sed" -> "Sed"
[TR6] "ah" -> "Ah"
[TR7] "allocutus-est;" -> "allocutus-est:"

Odysseæ XXII.—Cædes procorum.

ARGUMENT: THE DEATH OF THE SUITORS.

Ulysses begins the slaughter of the suitors by the death of Antinous. He declares himself, and lets fly his arrows at the rest. Telemachus assists and brings arms for his father, himself, Eumaeus, and Philaetius. Melanthius does the same for the wooers. Minerva encourages Ulysses in the shape of Mentor. The suitors are all slain, only Medon and Phemius are spared. Melanthius and the unfaithful servants are executed. The rest acknowledge their master with all demonstrations of joy.

TEXT:

Ac sibi-exuit pannos ingeniosus Ulysses;
insiliitque in magnum limen, habens arcum et pharetram,
sagittis plenam; celeres autem effudit sagittas
ibidem ante pedes; inter procos vero dixit:

Hoc quidem demum certamen difficile perfectum est;
nunc denuo scopum alium, quem nondum quisquam feriit vir,
videbo, an consequar, præbeatque mihi gloriam Apollo.

Dixit, et in Antinoum dirigebat amaram sagittam.
Nempe is pulcrum poculum sublatum ibat
aureum, utrinque-ansatum; et jam in manibus tractabat,
ut biberet de-vino: cædes vero ei non in animo
curæ-erat: quis putaret inter viros convivas
solum inter plures, etiamsi valde fortis esset,
sibi structurum mortem malam et fatum nigrum?
Hunc vero Ulysses ad guttur assecutus feriit sagitta;
prorsusque teneram per cervicem ivit cuspis.
Inclinatus-est autem _is_ in-alteram-partem, poculumque ei excidit manu,
icto: statim vero fistula per nares crassa venit
sanguinis humani; cito autem a se mensam
pepulit pede percussam; effudit vero cibos humi;
panisque carnesque assatæ fœdabantur. Ipsi autem tumultuati-sunt
proci per domos, ut viderunt virum cadentem:
e sedibusque surrexerunt, turbati per domum,
undique circumspectantes bene-structos ad parietes:
nusquam vero scutum erat, nec valida hasta, ad-capiendum.
Objurgabant autem Ulyssem iratis verbis:

Hospes, male in-viros sagittas-mittis: non-amplius certamina
alia aggredieris: nunc tibi certum _est_ grave exitium.
Etenim jam nunc virum interfecisti, qui longe optimus
juvenum in Ithaca: ideo te hic vultures edent.

Conjectabat unusquisque vir, quia putabant non volentem
virum interfecisse: hoc autem stulti non adverterunt,
quod jam ipsis etiam omnibus mortis fines impenderent.
Eos autem torve intuitus allocutus-est ingeniosus Ulysses:

O canes, non me-amplius putabatis reducem domum venturum
populo a Trojanorum, quod mihi consumebatis domum,
cum-famulis vero mulieribus concumbebatis violenter,
ipsiusque _mei_ viventis ambiebatis uxorem,
nec deos veriti, qui cœlum latum tenent,
neque ullam hominum indignationem in-posterum futuram _credentes:_
nunc vobis etiam omnibus mortis fines impendent.

Sic dixit: illos vero omnes pallidus timor cepit:
[circumspectavit autem unusquisque, qua effugeret grave exitium;
Eurymachus vero ipsum solus respondens allocutus-est:

Si quidem jam Ulysses Ithacensis venisti,
hæc quidem juste dixisti _de iis_ quanta faciebant Achivi,
multa quidem in ædibus injusta, multa autem in agro.
Sed hic quidem jam jacet, qui causa erat omnium,
Antinous: hic enim immisit hæc opera
nequaquam nuptiarum tantopere indigens, nec cupiens,
sed alia cogitans, quæ ei non perfecit Saturnius:
ut Ithacæ in populo bene-cultæ regnaret
ipse, at tuum filium interficeret insidiatus.
Nunc autem ille quidem jure interfectus-est: tu vero parce civibus
tuis: at nos postea, ubi-placaverimus _te,_ per populum,
quæcunque tibi epota et comesta-sunt in ædibus,
pretium separatim ducentes viginti-boum unusquisque,
æsque aurumque rependemus; donec tuum cor
exhilaratum-sit: prius autem nequaquam indignum _te_ irasci.

Hunc autem torve intuitus allocutus-est ingeniosus Ulysses:
Eurymache, nec si quidem mihi paterna omnia dederitis,
quæcunque nunc vobis sunt et sicunde alia adderetis,

ne sic quidem adhuc manus meas abstinerem a-cæde,
antequam omnem proci injuriam luerint.[TR1]
Nunc vobis _optio_ adest, vel contra pugnare,
vel fugere, qui mortem et fatum evitaverit:
sed haud ullum evitaturum puto grave exitium.

Sic dixit: eorum vero ibidem soluta-sunt genua et carum cor.
Ipsos autem Eurymachus alloquebatur secundo rursus:

O amici, non enim abstinebit _a nobis_ vir hic manus indomitas;
sed postquam cepit arcum bene-politum et pharetram,
limine a polito sagittabit, donec omnes
nos interfecerit; verum meminerimus pugnæ.
Ensesque stringite, et obtendite mensas
sagittis letiferis: in ipsum vero omnes ingruamus
conferti, si eum a-limine depellamus ac foribus,
eamusque per urbem, clamorque citissime fiat;
tunc cito hic vir nunc ultimo sagittaverit.

Sic igitur locutus, strinxit ensem acutum,
æreum, utrinque acutum; insiliitque in ipsum
terribiliter vociferans: eodem-tempore autem divinus Ulysses
sagitta emissa _ei_ percussit pectus ad mammam,
et ei hepati infixit velox telum; e manu vero
ensem dimisit _is_ humi: vertiginosus autem circa mensam
decidit contortus; ac cibos effudit humi,
et poculum duplex: ipse autem terram verberabat fronte,
animo dolens; pedibusque sellam ambobus
calcitrans concussit: ob oculos vero fusa-est caligo.

Amphinomus autem in-Ulyssem irruit gloriosum
ex-advero insurgens; strinxitque ensem acutum,
si qua _is_ sibi cederet a-foribus. Sed jam ipsum prævertit
Telemachus a-tergo percutiens ærata hasta,
humeros inter, perque pectora _eam_ transegit:
fragoremque-edidit _is_ lapsus, terramque feriit tota fronte.
Telemachus autem abripuit-se, relicta longa hasta
illic in Amphinomo; pertimescebat enim, ne-quis Achivorum
_se_ hastam retrahentem longam, vel feriret,
ense insurgens, vel prono _adversum_ percutiens.
Ivit autem currens, valdeque cito dilectum ad-patrem pervenit;
prope vero stans verbis alatis _eum_ allocutus-est:

O pater, jam tibi scutum afferam et duas hastas,
et galeam totam-æream, temporibus aptam,
ipseque me-induam profectus: dabo autem subulco
et bubulco alia _arma:_ nam armatum-esse melius _est._

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
affer currens, dum mihi ad-propugnandum adsunt sagittæ,
ne me amoveant foribus, solus quum-sim.

Sic dixit: Telemachus autem dilecto obedivit patri.
Profectusque-est ire in-thalamum ubi ei inclyta arma jacebant.
Inde quatuor quidem scuta desumsit, hastasque octo,
et quatuor galeas æratas setis-equinis-densas:
ivitque ferens; valde autem cito carum ad-patrem pervenit.
Ipse vero omnium-primum circa corpus sibi-induit æs;
sic autem pariter famuli sibi-induerunt arma pulcra;
steteruntque circum Ulyssem prudentem, versutum.

At ille, quamdiu quidem ipsi ad-propugnandum aderant sagittæ,
tamdiu procorum unum utique semper sua in domo
percutiebat collimans: illi vero conferti cadebant.
Ac postquam defecerunt sagittæ regem jaculantem,
arcum quidem ad postem bene-fundatæ domus
inclinavit ut-staret, ad parietes collucentes:
ipse vero circum humeros scutum posuit quadruplex:
capitique forti galeam fabrefactam imposuit
setis-equinis-comantem: terribiliter autem crista desuper nutabat;
sumsit autem validas hastas duas munitas ære.

Posticum vero quoddam erat bene-structo in pariete;
extremum autem ad limen bene-fundatæ domus
erat via in angiportum, tabulæ vero _illam_ continebant bene aptatæ.
Hanc vero Ulysses custodire jussit divinum subulcum,
stantem prope ipsam: unus vero solus erat aditus.
Illis autem Agelaus dixit, verbumomnibus promulgans:

O amici, nonne jam aliquis ad posticum ascendat,
et dicat populis, clamorque citissime fiat?
tum cito hic vir nunc ultimo sagittaverit.

Hunc autem rursus allocutus-est Melanthius, custos caprarum:

nullo-modo licet, Agelae Jovis-alumne: prope enim valde
aulæ pulcræ fores, et difficile os angiporti;
et unus omnes arceret vir, qui-quidem strenuus esset.
Sed agite, vobis arma afferam ad-armandum,
e thalamo: intus enim, puto, neque usquam alibi
arma deposuerunt Ulysses et splendidus filius.

Sic locutus ascendit Melanthius, custos caprarum,
in thalamum Ulyssis, per forulas domus.
Inde duodecim quidem scuta desumsit, totidemque hastas,
et totidem galeas æratas setis-equinis-densas:
profectusque-est ire, valdeque cito ferens procis dedit.
Et tunc Ulyssis soluta-sunt genua et carum cor,
ut circumponentes-sibi vidit arma, manibusque hastas
longas vibrantes; magnum autem ipsis apparebat opus.
Statim vero Telemachum verbis alatis allocutus-est:

Telemache, certe omnino jam aliqua in ædibus mulierum
in-nos concitat bellum malum, vel Melantheus.

Hunc autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
o pater, ipse ego peccavi (nec quisquam alius
in-culpa-est), qui thalami januam firmiter aptam
reliqui acclinatam: horum vero speculator erat melior.
Sed ito, divine Eumæe; januam claude thalami,
et observa, si qua sit mulierum, quæ hæc faciat,
an filius Dolii, Melantheus, quem quidem puto.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Ivit autem iterum ad-thalamum Melantheus, custos caprarum,
allaturus arma pulcra: animadvertit vero divinus subulcus,
statimque Ulyssem alloquebatur, prope stantem:[TR2]

Generose Laertiade, sollers Ulysse,
ille vero rursus perniciosus vir, quem putamus ipsi,
proficiscitur in thalamum; tu tamen mihi explicite dic,
utrum ipsum interficiam, si quidem superior fuero;
an tibi huc ducam, ut injurias luat
multas, quotquot hic molitus-est tua in domo.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
ego quidem et Telemachus procos illustres
continebimus intra ædes, quantumvis incitatos.
Vos vero retortis pedibus et manibus desuper
in thalamum conjicite; fores autem astringite post _vos:_
catenam vero plexam ex ipso ubi-nexueritis,
columnam in altam trahite, et admovete trabibus;
ut diu vivus manens, graves dolores patiatur.

Sic dixit: illi vero ei omnino quidem auscultarunt et parueront:
iveruntque in thalamum; latuere vero ipsum, intus qui-erat.
Nempe is quidem thalami in recessu arma quærebat:
hi vero steterunt utrinque ad postes manentes.
Quando super limen ibat Melanthius, custos caprarum,
altera quidem manu ferens pulcram galeam,
altera vero scutum latum, antiquum, fœdatum situ,
Laertæ herois, quos juvenis _is_ gestabat;
tunc vero jamdudum jacuerat; suturæ autem dissolutæ-erant lororum:
illi inde adorti prehenderunt traxeruntque ipsum intro
per-capillos; in pavimento vero humi dejecere dolentem corde,
pedes autem manusque colligarunt acerbo vinculo,
bene admodum retortos penitus, sicut jusserat
filius Laertæ, audens divinus Ulysses;
catenam vero plexam ex ipso ubi-nexuerant,
columnam in altam traxerunt, admoveruntque trabibus.
Eum autem aspere-deridens allocutus-es, Eumæe subulce:[TR3]

Nunc quidem demum prorsus, Melanthi, nocte vigilabis,
lecto in molli decumbens, uti te decet;
nec te-sane mane-genita _Aurora_ ab Oceani fluentis
latebit adveniens in-aureo-solio, quando adducis
capras procis in domo, ad-convivium apparandum.

Sic is quidem illic relictus-est, tensus exitioso in vinculo:
illi autem arma induti, janua occlusa splendida,
iverunt ad Ulyssem prudentem, versutum.
Ibi robur spirantes constiterunt; qui quidem super limen,
quatuor; illi autem intra ædes multique et strenui _erant._
His autem prope filia Jovis advenit Minerva,
Mentori assimilata tum corpore, tum etiam voce.
Hanc vero Ulysses gaudebat conspicatus et verbum dixit:

Mentor, propulsa malum, memorque-esto socii dilecti:
qui tibi bene sæpe-faciebam, eadem-ætate autem mecum es.

Sic dixit, suspicans populorum-concitatricem esse Minervam.
Proci vero ex-altera-parte _eam_ increpabant in ædibus:
primus hanc objurgabat Damastorides Agelaus:

Mentor, ne tibi verbis persuadeat Ulysses,
procos ut-oppugnes, auxilierisque ei ipsi:
sic enim nostram mentem perfectum-iri puto:
quando hos interfecerimus, patrem atque etiam filium,
in iis et tu postea interficieris, quod-talia cogitas
facere in ædibus: tuo vero ipsius capite lues.
At postquam vestras vires abstulerimus ære,
possessiones, quotquot tibi sunt, quæque intus, et quæ foris,
cum-iis _quæ sunt_ Ulyssis commiscebimus; nec tibi filios
vivere in ædibus sinemus, nec filias,
neque uxorem castam Ithacæ in urbe versari.

Sic dixit: Minerva vero irata-est in-corde magis;
objurgavitque Ulyssem iratis verbis:

Non-amplius tibi, Ulysse, robur integrum, nec ulla fortitudo,
qualis _erat_ quando de Helena candidis-ulnis, nobili-patre-nata,
per-novem-annos cum-Trojanis pugnabas assidue semper;
multos autem viros interfecisti in gravi pugna,
tuoque capta-est consilio Priami urbs viis-spatiosis.
Quomodo demum nunc, quum tuas ad-ædes et possessiones venisti,
contra procos molliter-cessas fortis esse?
Sed age huc, amice, juxta me sta, et vide opus,
ut scias qualis tibi inter viros inimicos _sit_
Mentor Alcimides ad-beneficia rependenda.

Dixit, et nondum prorsus dabat variabilem victoriam;
sed adhuc sane roburque et fortitudinem experiebatur
et Ulyssis, et filii gloriosi.
Ips aveor splendidæ super domus tectum
consedit _eo_ insiliens, hirundini similis aspectu.

Procos autem concitabat Damastorides Agelaus,
Eurynomusque, et Amphimedon, Demoptolemusque,
Pisanderque Polyctorides, Polybusque prudens:
hi enim procorum fortitudine erant longe optimi,
quotquot adhuc vivebant, et de animabus pugnabant:
ceteros autem jam domuerat arcus, et crebræ sagittæ.
Illis vero Agelaus dixit, verbum omnibus promulgans:

O amici, jam cohibebit vir hic manus indomitas:
ac jam ei Mentor quidem abiit, inanes jactationes locutus;
hi autem soli relicti-sunt in primis foribus.
Ideo nunc ne simul omnes emittite hastas longas:
sed agite, sex primum jaculamini, sicubi Jupiter
dederit Ulyssem percuti, et _nos_ gloriam reportare.
De-ceteris autem non _est_ sollicitudo, postquam hic ceciderit.

Sic dixit: illi vero inde omnes jaculati-sunt, sicut jussit,
connixi; illa autem omnia irrita reddidit Minerva.
Eorum alius quidem postem bene-fundatæ domus
percussit, alius autem januam firmiter aptatam;
alius vero parieti faxinea-hasta incidit ære-gravis.
Ac postquam hastas evitaverunt procorum,
his sermonem exorsus-est audens divinus Ulysses:

O amici, jam quidem ego dixerim et nobis,
procorum in turbam ut-jaculemur, qui cupiunt
nos interficere, præter priora mala.

Sic dixit; hi autem omnes jaculati-sunt acutas hastas,
ex-adverso collimantes: Demoptolemum quidem Ulysses,
Euryaden autem Telemachus, Elatum vero subulcus,
Pisandrum autem interfecit boum bubulcus vir:
hi quidem deinde simul mordicus prehenderunt immensum solum.
Proci vero recessere domus in-penetrale:
illi autem irruerunt, et e cadaveribus hastas extraxere.

Rursus vero proci jaculati-sunt acutas hastas,
connixi: illa vero pleraque irrita reddidit Minerva.
Eorum alius quidem postem bene-fundatæ domus
percussit, alius autem januam firmiter aptatam;
alius vero parieti fraxinea-hasta incidit ære-gravis.
Amphimedon autem Telemacho percussit manum ad carpum
strictim, extremamque pellem læsit æs.
Ctesipus vero Eumæo super scutum hasta longa
humerum perstrinxit; ea autem supervolavit, ceciditque humi.
Illi vero ex-altera-parte circa Ulyssem prudentem, versutum,
procorum in turbam jaculati-sunt acutas hastas.
Tunc autem Eurydamantem feriit urbium-vastator Ulysses,
Amphimedontem Telemachus, Polybum vero subulcus;
Ctesippum autem deinde boum bubulcus vir

percussit ad pectus; et super-_eo_-glorians _ipsum_ allocutus-est:

O Polytherside, conviciorum-amans, nunquam omnino
obsequens stultitiæ magnifice loquere, sed diis
sermonem committe: quoniam multo potentiores sunt.
Hoc tibi pro pede _esto_ hospitale-munus, quem quondam dedisti
deo-pari Ulyssi, per domum vaganti.

Dixit boum camurorum bubulcus: at Ulysses
vulneravit Damastoriden cominus hasta longa:
Telemachus autem Euenoriden Liocritum vulneravit
hasta medio ventre, penitusque æs transegit:
cecidit vero _is_ pronus, terramque feriit tota fronte.
Tunc demum Minerva mortalibus-exitiosam ægidem sustulit
alte ex fastigio: eorum autem mentes perterritæ-sunt.
Hique trepidabant per domum, boves tanquam armentales;
quas quidem pernix asilus adortus agitavit
tempore in verno, quando dies longi sunt.
Illi autem, sicut vultures curvis-unguibus, aduncis-rostris,
ex montibus profecti avibus insiliunt;
hæ quidem in campo retia timentes volitant,
illi autem eas perdunt insilientes; neque ulla resistendi-facultas
fit, neque effugium; gaudent autem et viri _ea_ captura:
sic igitur hi procos irruentes per domum
feriebant quaqua-versum; illorum autem gemitus oriebatur fœdus,
capitibus percussis: pavimentum vero totum sanguine undabat.

Liodes autem Ulyssis advolans prehendit genua,
et ipsum precans verbis alatis allocutus-est:

Supplex-oro te, Ulysse; tu vero me respice et mei miserere:
nunquam enim cuiquam dico _me_ mulierum in ædibus
dixisse neque aliquid fecisse iniquum: sed et alios
compescebam procos, quicunque talia quidem faceret.
Sed mihi non paruerunt, a malis manus ut-abstinerent:
quare et ob-iniquitates sævum fatum consecuti-sunt.
At ego inter hos haruspex, nihil qui-patravi,
jacebo: nam non est gratia in-posterum benefactorum.

Hunc autem torve intuitus allocutus-est ingeniosus Ulysses:
si quidem jam inter hos haruspicem profiteris _te_ esse,
sæpe fere debes precatus-esse in ædibus,
longe mihi reditus finem dulcis fieri,
tibi autem uxoremque caram accedere, et filios parere:
quare non mortem tu inexorabilem effugies.

Sic igitur locutus, ensem cepit manu robusta
jacentem, quem Agelaus abjecerat humi
quum-interficeretur; eo hunc ad cervicem mediam feriit:
loquentis vero adhuc ejus caput pulveribus mixtum-est.

Terpiades autem cantor declinavit fatum atrum,
Phemius; qui canebat inter procos necessitate.
Stetit autem, in manibus tenens citharam argutam,
prope ad posticam: bifariam vero mente deliberabat;
utrum egressus domo, Jovis magni ad aram
domestici sederet fabrefactam, ubi multa
Laertes Ulyssesque boum femora comburebant;
an genibus-prehensis precaretur aggressus Ulyssem.
Sic autem ei cogitanti visum-est utilius esse,
genua prehendere Laertiadæ Ulyssis.
Nempe ille citharam cavam deposuit humi
medio inter craterem et sellam argenteis-clavis distinctam:
ipse autem demum Ulyssem aggressus prehendit genua,
et ipsum precans verbis alatis allocutus-est:

Supplex-oro te, Ulysse; tu vero me respice, et mei miserere:
ipsi tibi in-posterum dolor erit, si cantorem
interfeceris, qui diis et hominibus cano.
Ex-me-ipso-doctus sum; deus vero mihi in mente cantus
omingenos insevit; aptus-sum autem tibi accinere
tanquam deo: quare ne me cupias obtruncare.
Et Telemachus hæc utique dixerit, tuus dilectus filius,
quod ego neutiquam lubens in tuam domum, neque indigens,
veniebam procis cantaturus inter convivia;
sed multo plures et potentiores ducebant _me_ necessitate.

Sic dixit: eum autem audivit sacra vis Telemachi;
statimque suum patrem alloquebatur prope stantem:

Contine-te, neu quicquam hunc insontem vulnera ære:
etiam præconem Medontem servabimus, qui me semper
domo in nostra curabat, puer dum-eram:
si jam non ipsum interfecerit Philœtius, vel subulcus,

vel tibi _is_ occurrerit, ruenti per domum.

Sic dixit: eum vero audivit Medon, prudentia sciens:
stratus enim jacebat sub solio, circùm autem pellem
indutus-erat bovis recens-excoriati, vitans fatum atrum.
Statim vero a-solo surrexit, citoque exuit bubulam _pellem;_
Telemachum autem deinde aggressus prehendit genua,
et ipsum precens verbis alatis allocutus-est:

O care, ego quidem hic sum: tu vero contine-te; dic autem patri,
ne me ferociens lædat acuto ære,
de-viris procis iratus, qui ei attondebant
possessiones in ædibus; te autem stulti nihil honorabant.

Hunc vero subridens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
bono-esto-animo, quandoquidem te hic liberavit et servavit;
ut noscas _ipse_ in animo, sed dicas etiam alii,
quod maleficio benficium _est_ longe melius.
Sed egressi ex-ædibus, sedete foris
extra cædem in aula; tuque et valde-celebris cantor,
dum ego per domum operatus-fuero, quodcunque me oportet.

Sic dixit: hi autem exiverunt domo profecti,
sedebantque proinde Jovis magni ad aram;
undique circumspicientes, cædem exspectantes semper.

Circumspectavit vero Ulysses per suam domum, si quis adhuc virorum
vivus surriperet-se, vitans fatum atrum.
Illos autem vidit prorsus-omnes in sanguine et pulveribus
collapsos multos; sicut pisces, quos-quidem piscatores
cavum in litus, canum extra mare,
reti extraxerunt multiforo; hi vero omnes
undas maris desiderantes in arenis fusi-sunt,
et horum quidem Sol lucens abstulit animam:
sic tunc proci super alios-alii fusi-erant.
Tum demum Telemachum allocutus-est ingeniosus Ulysses:

Telemache, eia age, mihi advoca nutricem Eurycleam:
ut verbum _ei_ dicam, quod mihi in-animo est.

Sic dixit: Telemachus vero dilecto obedivit patri;
motaque janua allocutus-est nutricem Eurycleam:

Huc jam move-te, anus antiqua, quæ mulierum
famularum inspectrix es in ædibus nostris:
veni; vocat te pater meus, ut aliquid _tibi_ dicat.

Sic igitur locutus-est: illi autem non-evolavit verbum.
Aperuit vero fores ædium habitantibus-commodarum,
profectaque-est ire: at Telemachus ante præibat.
Invenit deinde Ulyssem inter cæsa cadavera,
sanguine et pulvere inquinatum: tanquam leonem,
qui quidem pastus de-bove venit agresti;
totum autem ei pectusque, genæque utrinque
cruentatæ sunt; terribilis vero _est_ in vultum aspectu:
sic Ulysses inquinatus-erat pedibus et manibus superne.
Illa autem ubi cadaveraque et immensum inspexit sanguinem,
impetum-cepit ululandi, quoniam magnum vidit opus:
sed Ulysses cohibuit et retinuit, cupientem licet;
et ipsam compellans verbis alatis allocutus-est:

In animo, anus, gaude, et te-contine, neu ulula:
non _est_ fas, interfectis super viris gloriari.
Hosce vero fatum domuit deorum et _ipsorum_ iniqua opera:
neminem enim honorabant terrestrium hominum,
non malum, nec bonum quidem, quicunque ad-ipsos perveniret:
quare et ob-insolentiam fœdam mortem assecuti-sunt.
Sed age, mihi tu mulieres in ædibus recense,
et quæ me parum-honorant, et quæ culpæ-expertes sunt.

Illum autem rursus allocuta-est dilecta nutrix Euryclea:
enimvero ego tibi, fili, veritatem declarabo.
Quinquaginta tibi sunt in ædibus mulieres
famulæ, quas quidem opera docuimus operari,
lanasque carpere, et servitutem sustinere:
harum duodecim omnes ad-impudentiam processerunt,
nec me honorantes, neque ipsam Penelopen.
Telemachus vero recens quidem adolescebat, neque ipsum mater
imperare sinebat famulis mulieribus.
Sed age, ego conscenso cœnaculo splendido,
dicam tuæ uxori, cui aliquis deus somnum immisit.

Hanc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
nondum eam excita; tu vero huc dic mulieribus

ut-veniant, quæ-quidem antea indigna machinabantur.

Sic igitur dixit; anus autem per domum _transiens_ exivit,
nuntiatura mulieribus, et hortatura ut-venirent.
At ille Telemachum et bubulcum ac subulcum,
ad se vocatos, verbis alatis allocutus-est:

Incipite nunc cadavera portare, et jubete _ferre_ mulieres,
ac deinde solia perpulcra, et mensas,
aqua et spongiis multiforis purgare.
At postquam jam totam domum ordinaveritis,
famulas eductas e bene-fundata domo,
medio-inter tholumque et egregium septum aulæ,
ferite ensibus longa-acie, donec omnium
animas abstuleritis et oblitæ-fuerint Veneris,
quam sub procis habebant, et _qua_ miscebantur clam.

Sic dixit; ac mulieres confertæ venerunt omnes,
graviter lamentantes, uberes lacrimas defundentes.
Primum quidem corpora portabant mortua;
sub porticu vero ponebant bene-septæ aulæ,
sibi-invicem innitentes: imperabat autem Ulysses,
ipse adsurgens: illæ vero exportabant etiam necessitate.
Ac deinde solia perpulcra et mensas,
aqua et spongiis multiforis purgabant.
At Telemachus et bubulcus ac subulcus
scopis pavimentum firmiter structæ domus
verrebant; exportabant vero famulæ, posueruntque foris.
Ac postquam totam domum ordinarant,
famulas eductas e-bene-fundata domo,
medio-inter tholumque et egregium septum aulæ
cogebant in angusto, unde nullo-modo licebat effugere.
Ad-hos autem Telemachus prudens incipiebat loqui:

Non quidem jam pura morte animum auferrem
harum, quæ dudum meo capiti opprobria offuderunt,
matrique meæ, cumque procis concumbebant.

Sic igitur dixit; et funem navis prora-cærulea-instructæ
ex-columna nexum magna tholi, _iis_ circumjecit,
alte extensum, ne-qua pedibus solum attingeret.
Sicut autem quando vel turdæ patulis-alis, vel columbæ
reti impingunt, quod stabat in fruticeto,
septum intrantes, triste autem _eas_ suscepit cubile:
sic hæ ordine capita habebant, circum autem omnia
colla laquei erant, ut miserrime morerentur:
palpitabant vero pedibus paululum, nequaquam valde diu.

Ac Melanthium educebant per vestibulumque et aulam;
ejus autem naresque et aures sævo ære
abscindebant, genitaliaque evulserunt, canibus cruda discerpenda;
manusque et pedes amputabant, irato animo.

Hi quidem deinde ut-sibi-abluerant manusque pedesque,
ad Ulyssem in-domum ivere; perfectum-erat autem opus.
Atque hic alloquebatur dilectam nutricem Eurycleam:

Affer thus, anus, malorum medelam, afferque mihi ignem,
ut suffiam domum; tu autem Penelopen
venire huc jube, cum famulis mulieribus:
omnes vero hortare ancillas per domum, ut-veniant.

Eum vero rursus alloquebatur dilecta nutrix Euryclea:
certe jam hæc, fili mi, apposite dixisti;
sed age, tibi lænamque tunicamque vestimenta afferam:
neve hoc-modo pannis tectus latos humeros
sta in ædibus; indignum vero _hoc_ foret.

Eam autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
ignis nunc mihi omnium-primum in ædibus fiat.

Sic dixit: neque inobsequens-fuit cara nutrix Euryclea;
attulit vero ignem et thus: at Ulysses
bene suffivit ædes et domum et aulam.

Anus autem inde ascendit per ædes pulcras Ulyssis,
nuntiatura mulieribus, et hortatura ut-venirent:
illæ vero iverunt ex domo, facem in manibus tenentes.
Hæque inde circumfundebantur et salutabant Ulyssem,
et osculabantur _ei_ amplectentes caputque et humeros
manusque prensantes; illum autem dulce desiderium cepit
fletus et suspirii: cognoscebat vero animo cunctas.

[TR1] "luerint," -> "luerint."
[TR2] "stantem;" -> "stantem:"

[TR3] "subulce;" -> "subulce:"

Odysseæ XXIII.—Ulyssis a Penelope agnitus.

ARGUMENT:

Euryclea awakens Penelope with the news of Ulysses' return, and the death of the suitors. Penelope scarcely credits her; but supposes some god has punished them, and descends from her department in doubt. At the first interview of Ulysses and Penelope, she is quite unsatisfied. Minerva restores him to the beauty of his youth; but the queen continues incredulous, till by some circumstances she is convinced, and falls into all the transports of passion and tenderness. They recount to each other all that has passed during their long separation. The next morning Ulysses, arming himself and his friends, goes from the city to visit his father.

TEXT:

Anus vero in cœnaculum ascendit exsultans,
heræ dilectum maritum intus esse:
genua autem firmiter-se-movebant, pedesque subsultabant:
stetit vero deinde super caput, et ipsam sermone allocuta-est:

Surge, Penelope, cara filia, ut videas
oculis tuis, quæ desideras per-dies omnes:
venit Ulysses, et domum advenit, sero licet reversus.
Procos autem interfecit illustres, qui ipsi domum
contristabant et possessiones comedebant violenterque-tractabant filium.

Illam vero rursus allocuta-est prudens Penelope:
nutrix cara, insanam te dii reddidere, qui possunt
insipientem facere etiam _eum_ qui vel prudentissimus sit;
atque _alias_ mentis-impotentem sapientiæ admoverunt:
qui te sane læserunt; antea autem mente integra eras.
Cur me deludis, pertristem animum habentem,
hæc præter _verum_ dicens, et ex somno me suscitas
dulci, qui mihi vinxerat caras palpebras complexus?
nondum enim taliter dormivi, ex quo Ulysses
ivit visurus malum-Ilium non nominandum.
Sed age nunc descende, et retro vade in-domum.
Si qua enim mihi alia mulierum, quæ mihi sunt,
hæc veniens nuntiasset et ex somno[TR1] _me_ suscitasset,
ideo cito graviter ipsam ego dimisissem ut-iret
rursus intra ædes: te vero in-hoc quidem senectus juvabit.

Hanc autem rursus allocuta-est dilecta nutrix Euryclea:
nequaquam te deludo, filia cara: sed vere tibi
venit Ulysses, et domum advenit, sicut dico;
ille hospes, quem omnes ignominia-afficiebant in ædibus.
Telemachus vero illum dudum noverat intus esse,
sed per-prudentiam consilia patris occultarat,
ut virorum ulcisceretur violentiam superborum.

Sic dixit: illa autem gavisa-est, et a lecto exsiliens
anum complexa-est; a-palpebris vero lacrimam demisit;
et ipsam compellans verbis alatis allocuta-est:

Eia age jam mihi, nutrix dilecta, verum dic,
si vere jam domum venit, ut dicis,
quomodo demum procis impudentibus manus intulerit,
solus quum-esset: hi vero semper frequentes intus manebant.

Illam autem rursus allocuta-est dilecta nutrix Euryclea:
non vidi, non didici, sed gemitum solum audiebam
eorum-qui-interficiebantur: nos vero in-recessu thalamorum bene-structorum
sedebamus turbatæ; foresque continebant _nos_ bene-aptæ,
prius quidem quam tandem me tuus filius e domo vocaret
Telemachus: hunc enim pater emiserat vocaturum.
Inveni dein Ulyssem inter cæsa cadavera
stantem; illi vero circa ipsum solidum-pavimentum tenentes,
jacebant super alios-alii: videns _tu_ animo exhilarata-fuisses.
[sanguine et cruore fœdatum, tanquam leonem.]
Nunc hi quidem jam omnes _jacent_ ad atrienses fores
conferti: at ille domum suffit perpulcram,
igne magno accenso: te vero me emisit ut-vocarem.
Sed sequere, ut vobismet lætitiæ immittatis
ambo carum cor, quoniam mala multa passi-estis.
Nunc vero jam hoc longum desiderium perfectum-est:
venit quidem ipse vivus ad-focum, invenit autem et te
et filium in ædibus; mala vero qui ei faciebant

proci, hos omnes ultus-est sua in domo.

Hanc autem rursus allocuta-est prudens Penelope:
nutrix dilecta, nondum magnopere gloriare exsultans.
Nosti enim quod gratus in domo appareret
omnibus, maxime vero mihique et filio, quem genuimus:
sed non est hic sermo verus, sicut dicis:
sed aliquis immortalium interfecit procos illustres,
injuriam _eorum_ indignatus acerbam et mala opera.
Neminem enim honorabant terrestrium hominum,
non malum, nec bonum quidem, quicunque ad-ipsos pervenisset:
ideo ob iniquitates passi-sunt malum: at Ulysses
perdidit reditum longe ab-Achaia, periitque ipse.

Ei autem respondit deinde dilecta nutrix Euryclea:
filia mea, quale tibi verbum fugit ex septo dentium!
quæ maritum, intus dum-est apud focum, nunquam dicis
domum esse-venturum: animus vero tibi semper incredulus.
Sed age tibi et signum manifestum aliud quoddam dicam,
cicatricem, quam olim ei aper inflixit albo dente:
hanc _eum_ abluens agnovi; volebam autem tibi ipsi
dicere: sed me ille prehensam ad os manibus,
non sinebat dicere, per-sollertiam mentis.
Sed sequere; atque ego me oppignerabo ipsam,
si te decipiam, ut-interficias me miserrima morte.

Huic autem respondit deinde prudens Penelope:
nutrix cara, difficile _est_ te deorum sempiternorum
consilia cavere, valde licet multarum-rerum-scientem.
Sed omnino eamus ad filium meum, ut videam
viros procos mortuos, atque _eum_ qui interfecit _eos._

Sic locuta, descendebat e-cœnaculo: multa vero ei cor
agitabat, utrum seorsum dilectum maritum interrogaret,
an astans oscularetur caput et manus prehensas.
Illa vero postquam ingressa-est, et transivit lapideum limen,
sedebat deinde Ulyssi ex-adverso, in ignis splendore,
ad-parietem alterum: ille autem ad columnam longam
sedebat deorsum tuens, exspectans, si quid sibi diceret
eximia uxor, postquam vidit oculis.
Hæc vero tacita diu sedit, stupor vero ei cor invasit:
obtutu autem aliquando quidem eum in-oculos aspectabat,
aliquando vero identidem-non-agnoscebat, mala corpore vestimenta habentem.
Telemachus autem _eam_ increpabat, verbumque dixit et elocutus-est:

Mater[TR2] mea, mala-mater, immitem animum habens,
cur sic a-patre separaris, neque propter ipsum
sedens, verbis percontaris neque interrogas?
Haud quidem alia utique sic mulier obfirmato animo
a-viro absisteret, qui ei mala multa perpessus
venisset vigesimo anno in patriam terram:
tibi vero semper cor durius est lapide.

Illum autem rursus allocuta-est prudens Penelope:
fili, mi, animus mihi in pectoribus stupet:
neque aliquod proloqui possum verbum _ad eum,_ neque interrogare,
neque in vultum intueri coram. Si autem revera demum
est Ulysses, et domum venit, certe omnino nos
cognoscemus alter-alterum et melius; sunt enim nobis
signa, quæ jam et nos abscondita scimus ab aliis.

Sic dixit: subrisit vero audens divinus Ulysses,
statimque Telemachum verbis alatis allocutus-est:

Telemache, sane matrem in ædibus sine
tentare me; cito autem cognoscet etiam melius.
Nunc vero, quia sordeo, malaque corpore vestimenta indutus-sum,
ideo despicatui-habet me, et nondum putat ipsum esse.
Nos vero consultemus, quo-pacto quam optime fiat.
Etenim aliquis, _etiam_ unum virum ubi-interfecerit in populo,
cui non multi sint adjutores pone,
fugit, cognatisque relictis et patria terra:
nos autem columen urbis interfecimus, qui longe optimi _erant_
juvenum in Ithaca; ideo te consultare jubeo.

Hunc vero rursus Telemachus prudens contra affatus-est:
ipse hæc sane videas, pater dilecte; tuum enim optimum
consilium in hominibus dicunt esse, nec quisquam tecum
alius vir contenderit mortalium hominum.
[Nos vero alacres una sequemur; neque omnino puto _me_
fortitudine defecturum, quanta vis quidem adsit.]

Illum autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
etenim ego dicam, ut mihi videtur esse optimum.

Primum quidem lavamini, et induimini tunicas,
famulasque in ædibus jubete vestimenta sibi-sumere:
ac divinus cantor, habens citharam argutam,
nobis præeat ludicram saltationem,
ut aliquis putet nuptias esse, extra audiens,
vel per viam vadens, vel _ex iis_ qui circum-habitant:
ne prius fama lata cædis per urbem fiat
virorum procorum, quam nos iverimus extra
agrum in nostrum arboribus-abundantem; illic vero postea
consultabimus, quicquid utile Olympius præbuerit.

Sic dixit: illi autem ei omnino auscultarunt ac paruerunt.
Primum igitur lavarunt-se, et induerunt-sibi tunicas:
ornatæ-sunt autem mulieres: ac sumsit divinus cantor
citharam cavam, ipsisque desiderium concitavit
cantusque dulcis, et eximiæ saltationis.
His vero magna domus personabat pedibus
virorum ludentium, pulcreque-cinctarum mulierum.
Sic autem aliquis dicebat, _hæc_ extra ædes audiens:

Certe omnino jam aliquis duxit multum-ambitam reginam:
improba, nec sustinuit mariti sui, cui-virgo-nupsit,
servare magnam domum perpetuo, donec venisset.

Sic aliquis dicebat; hæc autem non noverunt, quomodo facta-erant.
At Ulyssem magnanimum sua in domo
Eurynome œconoma lavit et unxit oleo;
circumque ipsum pallium jecit et tunicam:
atque capiti affudit multam pulcritudinem Minerva,
majoremque aspectu _fecit_ et crassiorem; capite autem
crispas demisit comas, hyacinthino flori similes.
Sicut autem quando aliquis aurum circumfundit argento vir
peritus, quem Vulcanus docuerit et Pallas Minerva
artem omnigenam, pulcra vero opera _is_ perficit:
sic quidem huic circumfudit gratiam capitique et humeris.
E balneo vero _is_ egressus-est, corpore immortalibus similis:
iterum autem deinde resedit in solio, unde surrexerat,
ex-adverso suæ uxori, et ipsam sermone allocutus-est:

Mirifica, tibi quidem præ mulieribus feminis
cor durissimum fecerunt Olympias domos habentes:
haud quidem alia sic mulier obfirmato animo
a-viro absisteret, qui ei mala multa perpessus
venisset vigesimo anno in patriam terram.
Sed age mihi, nutrix, sterne lectum, ut etiam solus
decumbam: profecto enim huic ferreus in præcordiis animus.

Illum autem rursus allocuta-est prudens Penelope:
mirifce, nec sane magnopere-me-effero, nec nihili-habeo,
neque admodum admiror; perquam autem bene novi, qualis eras,
ex Ithaca in navi proficiscens longis-remis-instructa.
Sed age ei sterne densum lectum, Euryclea,
extra bene-fundatum thalamum, quem ipse fecit:
illic ei, elato denso lecto, injicite stragula,
pelles et lænas et vestes-stragulas splendidas.

Sic igitur dixit, maritum tentans; at Ulysses
indignatus uxorem alloquebatur, honesta scientem:

O mulier, profecto valde hoc verbum acerbum dixisti:
quis vero mihi alibi posuit lectum? difficile vero esset
etiam valde scienti, nisi quando deus ipse aggressus
facile volens poneret alio in loco:
virorum autem haud quisquam vivus mortalis ne valde quidem pubescens,
facile amoliretur; nam magnum signum factum-est
in lecto elaborato: eum autem ego feci, nec quisquam alius.
Arbor erat patulis-frondibus olivæ intra septum,
vigens, florescens: crassitudine vero erat tanquam columna.
Ei autem ego circumdatum thalamum struxi, donec perfeci
densis lapidibus, et bene desuper texi;
conglutinatasque imposui fores, firmiter aptatas.
Et tum deinde abscidi comam patulis-frondibus olivæ;
truncum vero a radice _usque_ procissum circumdolavi ære
bene et scite, et ad perpendiculum exegi,
fulcro elaborato; terebravique omnia terebra.
Ab hoc autem incipiens lectum poliebam, donec perfeci,
varie-ornans auroque et argento et ebore:
inde vero extendi pellem bovis, purpura splendidam.
Sic tibi hoc signum dico; neque omnino scio,
si mihi adhuc incolumis sit, mulier, lectus, an aliquis jam
virorum alibi posuerit, succiso fundo olivæ.

Sic dixit: illius vero ibidem soluta-sunt genua et carum cor,
signa agnoscentis, quæ ei accurata dixerat Ulysses:

lacrimis-fusis autem deinde recta cucurrit, ac manus circa
collum jaciebat Ulyssi; caput vero osculata-est et affabatur:

Ne mihi, Ulysse, irascere, quoniam in-aliis quidem _rebus_ maxime
hominum prudens-eras; dii autem dabant ærumnam,
qui nobis inviderunt apud nos-invicem manentes
pubertate fruitos-esse, et senectutis limen attigisse.
At ne nunc mihi ob-hoc irascere, neu indignare,
quod te non primum, postquam vidi, sic amplexa-sum.
Semper enim mihi animus in pectoribus caris
horruit, ne-quis me hominum deciperet verbis
huc profectus; multi enim malas astutias cogitant.
Neque Argiva Helena, Jove enata,
viro cum alieno mixta-fuisset amore et cubili,
si in-animo habuisset, quod ipsam iterum Mavortii filii Achivorum
reducturi domum dilectam in patriam erant.
Eam autem profecto ad-patrandum deus instigavit opus indignum:
at noxam non ante in-suo deposuit (_cognovit_) animo
gravem, ex qua primum et ad-nos venit dolor.
Nunc vero, quandoquidem jam signa manifesta dixisti
lecti nostri, quem non mortalis alius viderat,
sed soli tuque egoque, et ancilla una sola
Actoris, quam mihi dedit pater olim huc proficiscenti,
quæ nobis custodiebat fores firmi thalami,
flectis tandem meum animum, durus licet valde sit.

Sic dixit; illique adhuc magis desiderium excitavit fletus:
flebat vero tenens uxorem animo-gratam, honesta scientem.
Sicut autem quando grata terra natantibus apparet,
quorum quidem Neptunus bene-fabricatam navem in ponto
perdidit, agitatam vento et fluctu vasto;
pauci vero effugerunt e-cano mari in-terram
natantes, multaque circa corpus accrevit salsugo;
læti tamen conscenderunt terram, malo evitato:
sic ipsi gratus erat maritus intuenti:
a-collo autem nondum omnino removebat brachia candida.
Et sane flentibus apparuisset roseis-digitis Aurora,
nisi utique aliud cogitasset dea cæsiis-oculis Minerva.
Noctem quidem in termino longam tenuit, Auroram vero
retinuit in Oceano aureum-solium-habentem, nec sinebat equos
jungere veloces, lumen hominibus ferentes,
Lampum et Phaethonta, qui Auroram equi vehunt.
Et tunc suam uxorem allocutus-est ingeniosus Ulysses:

O mulier, nondum enim omnium ad fines certaminum
venimus, sed adhuc in-posterum immensus labor erit,
multus et difficilis, quem me oportet omnem perficere.
Sic enim mihi anima vaticinata-est Tiresiæ,
die illo, quando descendi domum Orci intra,
reditum sociis quærens, et mihi ipsi.
Sed veni, ad-lectum eamus, uxor, ut jamjam
somno dulci delectemur, ubi-decubuerimus.

Eum autem rursus allocuta-est prudens Penelope:
cubile quidem demum tibi-sane tunc erit, quando animo
tuo volueris; quandoquidem te dii fecerunt reducem
ad-domum bene-ædificatam, et tuam in patriam terram.
Sed quoniam cogitasti, et tibi deus injecit animo,
dic, age, mihi hoc certamen; quoniam et postea, puto,
audiam; statim autem est scire nequaquam pejus.

Hanc vero respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
mirifica, cur demum me valde exhortans jubes
dicere? at ego dicam, nec celabo.
Haud quidem tibi animus gaudebit; neque enim ipse
gaudeo: quoniam admodum multas _me_ hominum ad urbes jussit
proficisci, in manibus habentem fabrefactum remum,
donec ad-illos pervenerim, quid haud norunt mare,
viros, nec salibus mixtum cibum edunt:
nec sane hi norunt naves rubris-proris,
nec fabrefactos remos, qui-quidem alæ navibus sunt.
Signum vero mihi hoc dixit manifestum, nec te celabo:
quando demum mihi obviam-factus alius viator
dixerit me ventilabrum habere super splendido humero:
tunc me terræ infixo jussit remo,
factisque sacris pulcris Neptuno regi,
ariete, tauroque, suumque initore verre,
domum abire, facereque sacras hecatombas
immortalibus diis, qui cœlum latum tenent,
omnibus prorsus ordine: mors autem mihi ex mari ipsi
lenis admodum talis adveniet, quæ me occidat
senectute a molli confectum; circum autem populi
felices erunt: hæc mihi dixit omnia perfectum-iri.

Illum autem rursus allocuta-est prudens Penelope:

si quidem demum senectutem dii perficient meliorem,
spes tibi _est_ deinde malorum effugium fore.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Interea vero Eurynomeque et nutrix instruebant lectum
veste molli, facibus sub lucentibus.
Ac postquam straverant densum lectum properantes,
anus quidem decubitura retro in-domum ivit;
illis vero Eurynome cubicularia præibat
euntibus ad-lectum, facem in manibus tenens:
in thalamum autem ubi-duxerat, retro ivit; illi quidem deinde
lubentes lecti antiqui ritibus accesserunt.

At Telemachus et bubulcus ac subulcus
cessare-fecerunt a-saltatione pedes, cessareque-fecere mulieres:
ipsi vero cubabant per ædes umbrosas.

Illi autem postquam amore delectati-sunt desiderabili,
delectabantur sermonibus, inter se-invicem confabulantes:
illa quidem quanta in ædibus sustinuerat, divina mulierum,
virorum procorum inspiciens perniciosum cœtum,
qui sui gratia multa, boves et pinguia pecora,
mactabant; multum autem ex-doliis hauriebatur vinum.
At generosus Ulysses, quantos dolores intulerat
hominibus, et quantos ipse ærumnis-conflictatus exanclaverat,
omnia dicebat; illa vero delectabatur audiens; neque ei somnus
incidebat palpebris, antequam _is_ enarrasset omnia.

Incepit autem, quomodo primum Ciconas domuit; ac postea
venit in-Lotophagorum virorum pinguem terram:
et quæ Cyclops fecit, et quomodo luit pœnam
ob-fortes socios, quos comedebat _is_ nec miserabatur:
et ut ad Æolum venit, qui ipsum lubens suscepit,
et dimittebat: nondum tamen fatale, dilectam in patriam ut-perveniret,
erat; sed ipsum rursus abreptum procella
pontum in piscosum tulit valde gementem:
et quomodo Telepylum Læstrygoniam pervenit, _ad_
Læstrygonas, qui navesque perdidere et bene-ocreatos socios:
[omnes: Ulysses autem solus effugit nave nigra:]
et Circes enarravit dolum et varium-artificium;
et quomodo Orci domum adiit squalidam,
animam consulturus Thebani Tiresiæ,
navi multis-transtris-instructa; et aspexit omnes socios,
matremque, quæ ipsum peperit et nutrivit parvulum:
et quomodo Sirenum frequentium vocem audiit:
quomodoque venit ad Erraticas petras, horrendamque Charybdin,
Scyllamque, quam nondum-unquam illæsi viri effugerunt:
et ut Solis boves interfecerunt socii:
et ut navem velocem percussit ardenti fulmine
Jupiter altitonans; perieruntque strenui socii,
omnes simul: ipse vero mala fata effugit:
utque advenit Ogygiam in-insulam, ad Nymphamque Calypso,
quæ demum ipsum detinebat, cupiens _sibi_ maritum esse,
in specubus cavis, et alebat, atque dicebat
reddituram se _eum_ immortalem et senectutis-expertem dies omnes;
sed ei nunquam animum in pectoribus flectebat:
et quomodo ad Phæacas pervenit, multa perpessus,
qui sane ipsum ex animo, deum veluti, honoraverunt,
et deduxerunt cum navi dilectam in patriam terram,
æreque, auroque affatim, vestituque datis.
Hoc sane ultimum dixit verbum, quando eum dulcis somnus
membrorum-relaxator invasit, solvens curas animi.

Sed rursus aliud cogitavit dea cæsiis-oculis Minerva:
quando demum Ulyssem putabat suo in animo
concubitu suæ uxoris oblectatum-esse, atque etiam somno:
statim ab Oceano in-aureo-solio mane-genitam _Auroram_
excitavit, ut hominibus lucem ferret: surrexit vero Ulysses
cubili ex molli; uxori autem _hunc_ sermonem mandabat:

O uxor, jam quidem multis satiati-sumus certaminibus
ambo: tu quidem hic meum ærumnosum reditum
deflens; at me Jupiter doloribus, et dii alii,
properantem detinebant mea a patria terra:
nunc vero postquam ambo ad-desiderabile venimus cubile,
possessiones quidem, quæ mihi sunt, curato in ædibus;
pecora autem quæ mihi proci superbi consumsere, _pro iis_
multa quidem ipse ego prædabor, alia autem Achivi
dabunt, donec omnia impleverint stabula.
Verum ego quidem ad arboribus-abundantem agrum proficiscar,
visurus patrem eximium, qui mihi multum dolet:
tibi autem, uxor, hæc præcipio, prudens licet sis:
statim enim fama ibit simul cum sole oriente
de-viris procis, quos interfeci in ædibus:
in cœnaculum ubi-ascenderis, cum famulis mulieribus,

sede, neu quenquam respice, neu interroga.

  Dixit, et circum humeros induit-sibi arma pulcra:
incitavit autem Telemachum et bubulcum ac subulcum,
omnesque arma jussit Martia manibus sibi-sumere.
Hi vero ei non inobsequentes-fuerunt; armabant autem se ære;
et aperuere fores, et exibant; præibat autem Ulysses.
Jam quidem lux erat super terram; illos autem Minerva
caligine coopertos cito eduxit ex-urbe.

[TR1] "sommo" -> "somno"
[TR2] "mater" -> "Mater"

Odysseæ XXIV.—Libationes.

ARGUMENT:

The souls of the suitors are conducted by Mercury to the infernal shades. Ulysses in the country goes to the retirement of his father, Laertes; he finds him busied in his garden all alone; the manner of his discovery to him is beautifully described. They return together to his lodge, and the king is acknowledged by Dolius and the servants. The Ithacensians, led by Eupithes, the father of Antinous, rise against Ulysses, who gives them battle in which Eupithes is killed by Laertes: and the goddess Pallas makes a lasting peace between Ulysses and his subjects, which concludes the Odyssey.

TEXT:

  [Mercurius autem animas Cyllenius evocabat
virorum procorum; habebat vero virgam in manibus
pulcram, auream, qua-quidem hominum oculos mulcet,
quorum vult; alios vero et dormientes suscitat:
hac utique ducebat commotas; illæ vero stridentes sequebantur.
Sicut autem quando vespertiliones in-secessu antri divini
stridentes volant, postquam exciderit aliquis
de-serie ex petra; ac sibi-invicem adhærescunt:
sic illæ stridentes una ibant: præibat vero ipsis
Mercurius alienus-a-malo, per squalidas vias.
Præteribant autem Oceanique fluctus et Leucada petram;
et præter Solis portas, et populum Somniorum,
ibant: statimque pervenerunt in herbosum pratum,
ubi habitant animæ, simulacra defunctorum.

  Invenerunt autem animam Pelidæ Achillis,
et Patrocli, et eximii Antilochi,
Ajacisque, qui præstantissimus erat specieque corporeque
ceterorum Danaorum, post eximium Peliden.
Sic hi quidem circa illum versabantur: prope vero
advenit anima Agamemnonis Atridæ
dolens: circum autem aliæ congregatæ-erant, quotquot una cum-ipso
domo in Ægisthi mortui-sunt, et fatum oppetiere.
Hunc prior anima alloquebatur Pelidæ:

  Atride, præ ceteris quidem te putabamus Jovi gaudenti-fulmine
viris heroibus carum esse per-dies omnes,
quoniam multisque et fortibus imperabas
populo in Trojanorum, ubi patiebamur dolores Achivi.
Profecto inde et tibi primum affore decretum-erat
fatum perniciosum, quod nemo evitat, qui natus-sit.
Utinam honore fruitus, quo-quidem imperabas,
populo in Trojanorum mortem et fatum obiisses:
ita tibi sepulcrum quidem fecissent universi-Achivi,
atque etiam tuo filio magnam gloriam comparasses in-posterum:
nunc vero te miserrima morte fatale-erat corripi.

  Illum autem rursus anima alloquebatur Atridæ:
felix Pelei fili, diis assimilis Achille,
qui mortuus-es in Troja, longe ab-Argo; circum vero te alii
interficiebantur Trojanorum et Achivorum filii optimi,
pugnantes de te: tu autem in vortice pulveris
jacebas ingens ingenti-spatio, oblitus equitationis.
Nos vero toto-die pugnabamus: neque omnino
cessavissemus a-bello, nisi Jupiter turbine _nos_ cessare-
    fecisset.
Ac postquam te ad naves portaveramus ex bello,
deposuimus in lectis, purgato corpore pulcro
aquaque calida et unguento; multas vero te circum
lacrimas calidas fundebant Danai, tondebantque-sibi crines.
Mater autem ex mari venit cum immortalibus _deabus_ marinis,
nuntium audiens; clamor vero super mare excitatus-est
immensus; subtus autem tremor cepit omnes Achivos;

et jam impetu-facto conscendissent cavas naves,
nisi vir detinuisset, antiquaque multaque sciens,
Nestor, cujus et antea optimum conspiciebatur consilium:
qui ipsis bene-cupiens concionatus-est, et dixit:

Continete-vos, Argivi; ne fugite, filii Achivorum:
mater ex mari hæc cum immortalibus _deabus_ marinis,
advenit, suo filio mortuo occursura.

Sic dixit: ac continebant-se a-fuga magnanimi Achivi,
circum vero te steterunt filiæ marini senis,
miserabiliter lamentantes, atque immortales vestes _tibi_ induerunt.
Musæ vero novem omnes, alternantes voce pulcra,
_te_ deflebant: tunc neminem sine-lacrimis utique vidisses
Argivorum: tantum enim increbuit Musa arguta.
Septem autem et decem quidem te pariter noctesque et dies
flebamus, immortalesque dii mortalesque homines;
octava-et-decima autem dedimus igni, multas vero circa te
oves jugulavimus valde pingues, et camuras boves.
Cremabaris autem in vestitu deorum, et unguento multo
et melle dulci; multique heroes Achivi
cum armis agitarunt-se circa pyram _tuam_ ardentis,
peditesque equitesque; ingens autem strepitus ortus-est.
Sed postquam demum te flamma confecerat Vulcani,
mane tua colligebamus alba ossa, Achille,
vino in puro et unguento; dedit autem mater
auream amphoram; Bacchi vero donum
dicebat esse, opus autem inclyti Vulcani.
In hac tibi jacent alba ossa, splendide Achille,
promiscueque _ossa_ Patrocli Menœtiadæ mortui:
separatim vero, Antilochi: quem maxime honorabas omnium
aliorum sociorum, post Patroclum utique mortuum.
Circum hæc autem postea magnum et eximium tumulum
congessimus Argivorum sacer exercitus bellicosorum,
litore in prominenti, ad latum Hellesponum;
ut longe-conspicuus ex ponto viris esset
iis, qui nunc nati-sunt, et qui in-futurum erunt.
Mater autem, rogatis diis, perpulcra certamina
instituit medio in consessu optimatibus Achivorum.
Jam quidem multorum funeri virorum interfui
heroum, quandocunque, mortuo rege, _fit_
_ut_ cinganturque juvenes, et apparent certamina;
sed illa maxime conspicatus stupui animo
qualia super te constituit dea perpulcra certamina,
argenteis-pedibus Thetis: valde enim carus eras diis.
Sic tu quidem nec mortuus nomen perdidisti, sed tibi semper
omnes apud homines gloria erit proba, Achille.
At mihi quæ ea voluptas, postquam bellum confeceram?
in reditu enim mihi Jupiter molitus-est grave exitium,
Ægisthi sub manibus, et perditæ uxoris.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Prope autem ipsos venit internuntius Argicida,
animas procorum deducens, ab-Ulysse domitorum:
illi vero proinde attoniti recta iverunt, ut intuiti-sunt.
Cognovit autem anima Agamemnonis Atridæ
filium carum Menelai, inclytum Amphimedontem;
hospes enim ei erat, in Ithaca ædes habitans.
Hunc prior anima alloquebatur Atridæ:[TR1]

Amphimedon, quid passi obscuram terram subiistis,
omnes selecti et ætate-æquales? neque aliter
aliquis cernens elegisset per urbem viros optimos.
Utrom vos in navibus Neptunus domuit,
excitatis sævis ventis et fluctibus ingentibus?
an alicubi hostiles viri malis-affecerunt in terra,
boves prædantes et ovium greges pulcros?
an super urbe pugnaturi _occubuistis,_ et mulieribus?
dic mihi interroganti; hospitem autem tibi profiteor-me esse.
An non meministi, quando illuc deveni vestram domum,
hortaturus Ulyssem, cum deo-pari Menelao,
ad Ilium una ut-comitaretur, bene-tabulatis in navibus?
mense autem deinde toto omnes transivimus latum pontum,
vix-tandem persuadentes Ulyssi urbium-vastatori.

Eum autem rursus anima alloquebatur Amphimedontis:
[Atride augustissime, rex virorum Agamemno,]
memini hæc omnia, Jovis alumne, ut dicis:
tibi autem ego bene prorsus omnia et accurate narrabo,
nostræ mortis malum finem, qualis contigerit.
Amiebamus Ulyssis diu absentis uxorem;
hæc autem nec negabat odiosas nuptias, nec perficiebat,
nobis meditans mortem et fatum nigrum;
sed dolum hunc alium in mente excogitavit:
exorsa magnam telam in ædibus texebat,

subtilem et immensam; statim autem inter-nos dixit:
Juvenes, mei proci, quandoquidem mortuus-est divinus Ulysses,
manete, urgentes _licet_ meas nuptias, donec vestem
perfecero (ne mihi vana filia pereant)
Laertæ heroi sepulcralem, in _tempus_ quo ipsum
fatum perniciosum corripuerit longum-sternentis mortis;
ne-qua mihi in populo Achivarum succenseat,
si sine vestimento jaceat, multa qui-possedit.
Hoc dixit: nobis vero persuasus-est animus generosus.
Tunc interdiu quidem texebat magnam telam,
noctu autem dissolvebat, postquam faces sibi-apposuerat.
Sic triennium quidem latebat dolo, et persuadebat Achivis:
sed quando quartus venit annus, et advenerunt horæ,
[mensibus exeuntibus, ac dies multi circumacti-sunt,]
tunc demum aliqua dixit mulierum, quæ certo norat;
et ipsam dissolventem invenimus splendidam telam.
Sic id quidem perfecit, etiam nolens, ex necessitate.
Quando illa vestimentum ostendit, ubi-texuerat magnam telam
et-laverat, soli simile vel lunæ:
tunc demum Ulyssem malus alicunde duxit deus
agri in extremitatem, ubi ædes habitabat subulcus.
Illuc venit carus filius Ulyssis divini,
ex Pylo arenosa reversus cum nave nigra;
hi vero procis mortem malam moliti,
venerunt ad urbem inclytam; nempe Ulysses
posterior, at Telemachus ante præibat.
Illum vero subulcus duxit, mala corpore vestimenta habentem,
mendico miserabili similem, et seni,
[_baculo_ innitentem; ac turpia circa corpus vestimenta indutus-erat;]
nec quisquam nostrûm potuit cognoscere ipsum esse;
ubi derepente se-ostendit, nec qui majores natu-erant:
sed verbisque malis incessimus atque ictibus.
At ille ad-tempus quidem tolerabat in ædibus suis
percussus et objurgatus, patienti animo:
sed quando demum ipsum suscitavit Jovis mens ægidem-tenentis,
cum Telemacho quidem perpulcra arma sublata
in thalamum deposuit, et obdidit pessulos:
atque ipse suam uxorem multo-astu jussit
arcum procis ponere, canumque ferrum,
nobis infortunatis certamina, et cædis principium.
Nec quisquam nostrûm poterat validi arcus
nervum tendere; valde vero impares eramus:
sed quando in-manus pervenit Ulyssis magnus arcus,
ibi nos quidem omnes increpabamus verbis _subulcum,_
arcum ne daret, nec si valde multa _ille_ diceret;
Telemachus vero eum solus hortans jussit.
Atque accepit manu audens divinus Ulysses,
facileque tetendit arcum, ac misit _sagittam_ per-ferrum;
stetitque deinde super limen accedens; velocesque effudit sagittas,
horrendum circumspectans; percussit vero Antinoum regem.
Ac postea aliis immittebat tela luctuosa,
ex-adverso collimans; illi vero conferti cadebant.
Manifestum autem erat, quod aliquis ipsis deorum adjutor esset.
Statim enim per ædes, sequentes impetum suum,
interficiebant quaquaversum; illorum vero gemitus oriebatur fœdus,
capitibus percussis, pavimentum autem totum sanguine undabat.
Sic nos, Agamemno, periimus; quorum adhuc etiam nunc
corpora neglecta jacent in ædibus Ulyssis:
nondum enim sciunt amici _nostri_ per ædes uniuscujusque,
qui, abluto atro tabo ex vulneribus,
depositos lugerent; hic enim honor est mortuorum.

Hunc autem rursus anima alloquebatur Atridæ:
felix Laertæ fili, sollers Ulysse,
profecto cum (_præditâ_) magna virtute potitus-es uxore.
Adeo bona mens erat eximiæ Penelopæ,
filiæ Icarii; adeo bene meminerat Ulyssis,
viri cui-virgo-nupserat; ideo ei gloria nunquam peribit
suæ virtutis: facient autem terrestribus cantilenam
immortales amabilem _celebrata_ prudente Penelopa.
Non sicut Tyndarei filia mala molita-est opera,
cui-virgo-nupserat interfecto marito: odiosa vero cantilena
erit inter homines; gravemque famam intulit
feminis mulieribus, etiam _ei_ quæ bene-morata fuerit.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur,
stantes in Orci ædibus, sub cavernis terræ.]

Illi autem ut ex urbe descenderunt, cito in-prædium pervenere
pulcrum Laertæ cultum, quod quondam ipse
Laertes acquisierat, postquam valde multum laborarat.
Illic ei domus erat: circùmque stabulum currebat circumquaque,
in quo comedebant et sedebant et dormiebant

famuli servi, qui ei grata laborabant.
Inerat vero _et_ mulier Sicula anus, quæ senem
diligenter curabat in agro, procul ab-urbe.
Ibi Ulysses famulis et filio sermonem dixit:

Vos quidem nunc ite in-bene-ædificatam domum intro;
in-cœnam autem statim porcorum mactate quicumque optimus:
at ego patrem tentabo nostrum,
utrum me agnoscat et discernat oculis,
an ignoret, multo tempore seorsum quum-abfuerim.

Sic locutus, famulis Martia arma dedit.
Illi quidem deinde in-domum celeriter ivere: at Ulysses
propius ivit ad-abundans-fructibus arbustum, tentare-cogitans.
Neque invenit Dolium, in-magnum hortum descendens,
nec quenquam servorum, nec filiorum; verum illi
sepes collecturi, arbusti ut-essent septum,
abiverant; atque iis senex viam præmonstrarat.
Solum autem patrem invenit bene-culto in arbusto,
circumfodientem plantam; squalentem vero indutus-erat tunicam,
sutilem, turpem; circumque crura bubulas
ocreas sutiles sibi-ligaverat, sentium-vulnera vitans;
manicasque super manus, ruborum causa: at superne
caprinam galeam in-capite habebat, dolorem augens (_i.e. valde dolens_).
Hunc autem ut vidit audens divinus Ulysses
senectute afflictum, magnumque mente dolorem habentem,
stans inde sub excelsa piro lacrimam effundebat.
Cogitavit vero deinde in mente et in animo
osculari et amplecti suum patrem, et singula
dicere, quomodo venisset et accessisset ad patriam terram;
an prius interrogaret, singulaque tentaret.
Sic autem ei cogitanti visum-est satius esse,
primum mordacibus verbis _eum_ tentare.
Hæc cogitans recta ivit ad-eum divinus Ulysses:
nempe ille quidem deorsum-tenens caput, plantam circumfodiebat:
eum autem astans alloquebatur splendidus filius:

O senex, non imperitia te tenet curandi
hortum, sed bene tibi cultura habet, neque omnino,
non planta, non ficus, non vitis, non quidem oliva,
non pirus, non leguminum-area tibi sine cultura _est_ in horto.
Aliud autem tibi dicam; tu vero ne iram induc animo:
ipsum te non bona cura habet, sed simul senectutem
gravem habes, squalesque male, et turpia _vestimenta_ indutus-es.
Non quidem inertiæ sane dominus causa non te curat,
neque aliquid in-te servile conspicuum-est intuentibus
formam et staturam; regi enim viro similis-es.
Tali autem similis-es, qui postquam laverit ederitque,
debeat-dormire molliter; hic enim mos est senum.
Sed age mihi hoc dic, et accurate narra,
cujusnam servus es virorum? cujusnam vero hortum curas?
et mihi hoc dic vere, ut bene sciam,
si revera utique in-Ithacam hanc advenimus, sicut mihi dixit
ille vir, nunc modo obviam-factus huc venienti,
nequaquam valde sapiens: quoniam non sustinuit singula
dicere, et audire meum verbum, ut interrogabam
de hospite meo, sicubi vivatque et exstet,
an jam mortuus-sit, et in Orci ædibus.
Edicam enim tibi, tu vero attende, et me audi;
virum quondam hospitio-excepi cara in patria terra,
ad-nostram _domum_ qui-venerat; et nondum quisquam mortalis alius
hospitum longinquorum carior meam advenit domum:
profitebatur autem _se_ ex Ithaca genere esse; ac dicebat
Laerten Arcesiaden patrem esse ipsi.
Hunc quidem ego ad domos ducens bene hospitio-excepi,
cum-cura amice-tractans, multa in domo _mihi_ quum-essent;
et ei dona præbui hospitalia, qualia decebat:
auri quidem ei dedi bene-elaborati septum talenta,
dedi vero ei craterem totum-argenteum, floribus-cælatum,
duodecimque simplices lænas, totque tapetas
totidemque pallia pulcra, totidemque ad hæc tunicas:
separatim vero insuper mulieres, eximia opera scientes,
quatuor speciosas, quas voluit ipse eligere.

Illi autem respondit deinde pater, lacrimam destillans:
hospes, profecto quidem ad-terram pervenisti, de-qua interrogas;
injurii vero ipsam et improbi viri tenent,
dona atque irrita hæc largiebaris, plurima præbens:
si enim ipsum vivum utique invenisses Ithacæ in populo,
eo te bene donis remuneratus dimisisset,
et exceptione bona; hoc enim jus _est ei_ quicunque cœperit.
Sed age mihi hoc dic, et accurate narra,
quotus jam annus est, quando hospitio-excepisti illum,
tuum hospitem infelicem, meum filium, si unquam fuit,
infortunatum? quem alicubi, procul ab-amicis et patria terra,

vel alicubi in ponto comederunt pisces, vel in terra
feris et avibus captura factus-est; neque ipsum mater
flevit compositum, paterque, qui ipsum genuimus;
neque uxor multum-dotata, prudens Penelope,
ploravit in lectis suum maritum, sicut decet,
oculos _illi_ ubi-clauserit: hic enim honos est mortuorum.
Et mihi hoc dic vere, ut bene sciam,
quis _et_ unde es hominum? ubinam tibi urbs ac parentes?
ubinam autem navis stat velox, quæ te vexit huc,
deo-paresque socios? an vector venisti
navi in aliena, illi autem te-exposito discesserunt?

Hunc vero respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
enimvero ego tibi hæc valde accurate narrabo.
Sum enim ex Alybante, ubi inclytas ædes habito,
filius Aphidantis Polypemonidæ regis:
ac mihi nomen est Eperitus; sed me deus
errare-fecit a Sicania, huc ut-venirem, nolentem:
navis vero mihi hæc (_hîc_) stat ad agrum, seorsum ab-urbe.
At Ulyssi hic jam quintus annus est,
ex quo illinc abivit, et a-mea discessit patria,
infelix: profecto utique ei bonæ erant aves eunti,
dextræ; quibus gaudens quidem ego dimittebam illum,
gaudebat autem ille abiens; animusque adhuc nobis sperabat,
mixtum-iri _nos_ hospitio, et splendida dona daturos.

Sic dixit: illum autem doloris nebula cooperuit atra:
ambabus vero manibus sumtum pulverem cinereum
fudit-sibi in caput canum, crebro gemens.
Hujus autem commovebatur animus; in nares vero ei jam
acer spiritus ingruit, carum patrem intuenti.
Osculatus-est autem ipsum amplectens, insiliens, et alloquebatur:

Ille quidem hic ipse ego, pater, quem tu inquiris,
veni vigesimo anno in patriam terram.
Sed contine-te a-ploratu fletuque lacrimoso.
Edicam enim tibi; valde autem oportet festinare omnino:
procos interfeci in nostris ædibus,
contumeliam ulciscens animo-gravem, et mala opera.

Ei autem rursus Laertes respondebat, dixitque:
siquidem revera Ulysses, meus filius, huc venisti,
signum aliquod mihi nunc dic manifestum, ut persuadear.

Illum vero respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
cicatricem quidem primum hanc animadverte oculis,
quam in Parnasso mihi inflixit sus albo dente
peregre-profecto: tu vero me emiseras et veneranda mater
ad patrem Autolycum matris carum, ut acciperem
dona, quæ huc profectus mihi promiserat et annuerat.
Quin age, tibi et arbores bene-culto in arbusto
dicam, quas mihi olim dedisti ego autem poscebam a-te singulas,
puer quum-essem, per hortum comitans; ac per eas
vadebamus, tu autem nominasti et dixisti singulas.
Piros mihi dedisti tredecim, et decem malos,
ficos quadraginta; vitium-ordines vero mihi hic diserte-dixisti
daturum _te_ quinquaginta; penitus-vindemialis autem unusquisque
erat; illic vero uvæ omnigenæ insunt,
quando Jovis horæ incubuerint desuper.

Sic dixit: ejus autem ibidem soluta-sunt genua et carum cor,
signa agnoscentis, quæ ei accurata dixerat Ulysses.
Circa filium vero carum jecit brachia; eum autem ad-se
cepit anima-deficientem audens divinus Ulysses.
At postquam _is_ spiritum-recepit, et in mentem animus collectus-est,
iterum verbis respondens allocutus-est:

Jupiter pater, profecto adhuc estis dii in magno Olympo,
si revera proci improbissimam injuriam luerunt.
Nunc autem graviter timeo in mente, ne cito omnes
huc adveniant Ithacenses, nuntios vero
circumquaque expediant Cephallenorum ad-urbes.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
confide, ne tibi hæc in mente tua curæ-sint.
Sed eamus ad domum, quæ hortum prope sita-est:
illuc vero Telemachum et bubulcum et subulcum
præmisi, ut cœnam apparent citissime.

Sic igitur locuti, iverunt ad ædes pulcras.
Hi autem quando jam pervenerunt ad-ædes habitantibus-commodas,
invenere Telemachum et bubulcum et subulcum
incidentes carnes multas, miscentesque nigrum vinum.

Interim vero Laerten magnanimum sua in domo

famula Sicula lavit, et unxit oleo;
ac deinde lænam pulcram _ei_ circumjecit: at Minerva
prope astans membra auctavit pastori virorum,
majoremque, quam antea, et habitiorem fecit aspectu.
E balneo vero _is_ egressus-est; admirabatur autem ipsum carus filius,
ut vidit immortalibus diis similem coram:
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

O pater, certe omnino aliquis te deorum sempiternorum
formaque staturaque præstantiorem reddidit aspectu.

Eum autem rursus Laertes prudens contra allocutus-est:
utinam, Jupiterque pater, et Minerva et Apollo,
qualis Nericum cepi, bene-ædificatam urbem,
litus continentis, Cephallenibus imperans,
talis tibi hesternus in nostris ædibus,
arma habens humeris, astitissem, et propulsassem
viros procos; eo ipsorum genua solvissem
multorum in ædibus; tu vero mente intus lætatus-fuisses.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur.
Illi autem postquam cessarant a-labore, apparaverantque convivium,
ordine sedebant in sedilibusque soliisque.
Ibi illi quidem prandio manus-admovebant; prope autem
venit senex Dolius, unaque filii hujus senis,
ex operibus fatigati: quippe egressa vocaverat _eos_
mater, anus Sicula, quæ ipsos nutriebat, atque senem
studiose curabat, postquam senectus corripuerat.
Illi vero ut Ulyssem viderunt, agnoveruntque animo,
steterunt in ædibus attoniti; at Ulysses
blandis verbis _eos_ compellans allocutus-est:

O senex, sede ad prandium; obliviscimini vero stuporis:
dudum enim cibo manus-admovere cupientes
manebamus in ædibus, vos exspectantes semper.

Sic igitur dixit: Dolius autem recta ivit, manibus passis
ambabus; Ulyssisque prehensam osculatus-est manum ad carpum;
et ipsum compellans verbis alatis allocutus-est:

O care, quandoquidem rediisti cupientibus valde nobis,
non-vero et exspectantibus, dii autem te deduxerunt ipsi:
salveque, et magnopere gaude; dii vero tibi prospera dent.
Atque mihi hoc dic verum, ut bene sciam,
utrum jam certo norit prudens Penelope
reversum te huc, an nuntium expediamus.

Hunc autem respondens allocutus-est ingeniosus Ulysses:
o senex, jam novit: quid te oportet hæc curare?

Sic dixit: ille vero rursus deinde sedit bene-polita in sede.
Sic autem pariter filii Dolii inclytum circa Ulyssem
blande-compellabant verbis, et manibus inhærebant:
ordine vero sedebant juxta Dolium, patrem suum.

Sic illi quidem circa prandium in ædibus occupati-erant;
Fama vero nuntia cito per urbem ibat undique,
procorum gravem mortem et fatum indicans.
Illi autem simul audientes vadebant aliunde alius,
cum-strepituque gemituque, ædes antes Ulyssis:
exportabant vero cadavera ædibus, et speliebant singuli:
eos autem _qui erant_ ex aliis urbibus, domum unumquemque
mittebant vehendos piscatoribus, citis navibus imponentes;
ipsi vero in concionem ivere conferti, dolentes corde.
Ac postquam convenerant, unaque-frequentes erant,
inter-eos Eupithes surrexitque et locutus-est;
ob-filium enim ei indelebilis in mente dolor sedebat,
Antinoum, quem primum interfecerat divinus Ulysses:
ob-hunc ille lacrimas-fundens concionatus-est, et dixit:

O amici, certe magnum opus vir hic molitus-est Achivis:
alios quidem cum navibus ducens multosque et strenuos,
perdidit quidem naves cavas, perdidit autem populos;
alios autem reversus interfecit Cephallenum longe optimos.
Sed agite, antequam hic vel in Pylum cito iverit,
vel etiam in Elidem divinam, ubi dominantur Epei,
eamus; aut et postea ignominiosi erimus semper:
contumelia enim hæc sunt etiam futuris auditu.
Si jam non filiorumque fratrumque interfectores
ulciscamur, non mihi quidem in mente dulce fuerit
vivere, sed citissime mortuus defunctis interfuero.
Sed eamus, ne præveniant transgressi illi.

Sic dixit lacrimas-fundens: commiseratio autem cepit omnes

    Achivos.
Prope vero ipsis venit Medon et divinus cantor
ex ædibus Ulyssis, postquam ipsos somnus reliquerat;
steteruntque in mediis: stupor autem cepit virum quemque.[TR2]
Inter-eos vero et locutus-est Medon, prudentia sciens:

Audite jam nunc me, Ithacenses; non enim Ulysses
immortalibus invitis diis hæc molitus-est opera:
ipse ego vidi deum immortalem, qui Ulyssi
prope astitit et Mentori in-omnibus similis-erat.[TR3]
Immortalis vero deus aliquando quidem antes Ulyssem
apparebat animum-_ei_-addens, aliquando autem procos turbans
ruebat per domum: illi vero conferti cadebant.

Sic dixit: eos vero omnes pallidus timor subiit.
Inter-eos autem et locutus-est senex heros Halitherses
Mastorides; is enim solus videbat ante et retro (_præterita et
    futura_):
qui ipsis bene-cupiens concionatus-est et dixit:

Audite jam nunc me, Ithacenses, quodcunque dicam:
vestro vitio, amici, hæc opera facta-sunt:
non enim mihi parebatis, non Mentori pastori virorum,
vestros filios ut-desinere-faceretis ab-insipientia:
qui magnum facinus patrabant improbitate mala,
possessiones attondentes, et dedecorantes uxorem
viri principis; ipsum vero non-amplius putabant rediturum.
Et nunc sic fiat; parete mihi, sicut dico:
ne eamus, ne qua quis accersitum malum inveniat.

Sic dixit: hi autem deinde surrexerunt magno _cum_ clamore
dimidio-eorum plures; illi vero conferti istic mansere.
Non enim ipsis placuit sermo in mente, sed Eupitheo
parebant: statim autem postea ad arma ruebant.
Ac postquam induerant-sibi circa corpus splendidum æs,
conferti congregabantur ante urbem spatiosam.
Ipsis autem Eupithes dux-erat _præ_ stultitia:
putabat vero ille ulturum _se_ filii cædem; nec sane erat
retro reversurus, sed illic fatum obiturus.
At Minerva Jovem Saturnium allocuta-est:

O pater noster, Saturnie, summe regnantum,
dic mihi interroganti: quid jam tibi mens intus occultat?
nunquid ulterius bellumque malum et pugnam gravem
facies, an amicitiam inter utrosque statuis?

Illam autem respondens allocutus-est nubes-cogens Jupiter:
filia mea, cur me hæc percontaris et interrogas?
non enim dudum hoc quidem excogitasti consilium ipsa,
ut nempe illos Ulysses ulcisceretur reversus?
Fac, quomodo vis; dicam vero tibi, sicut decet.
Posteaquam procos ultus-est divinus Ulysses,
fœderibus fidis ictis, hic quidem regnato semper;
nos autem ex-altera-parte filiorumque fratrumque cædis
oblivionem faciamus: illi vero se-invicem diligant,
sicut antea: divitiæ autem et pax abunde esto.

Sic fatus, incitavit antea promtam Minervam:
descendit vero _ea_ ab Olympi verticibus concita.

Illi autem postquam cibi dulcis desiderium exemerant,
iis inde sermonem exorsus-est audens divinus Ulysses:

Egressus aliquis videat, ne jam prope sint venientes.
Sic dixit: egressus-est autem filius Dolii, sicut jubebat:
stetit inde ad limen profectus; illos vero prope vidit omnes,
statimque Ulyssem verbis alatis allocutus-est:

Hi jam prope sunt; sed armemur ocyus.
Sic dixit: illi vero exsurgebant, et arma sibi-induebant,
quatuor circum Ulyssem, sex autem filii Dolii:
inter _eos_ vero deinde Laertes Doliusque arma induebant,
etiamsi cani essent, ex necessitate bellatores.
Ac postquam induerant-sibi circa corpus splendidum æs,
aperuerunt fores, exieruntque; præibat autem Ulysses.

Ad eos vero prope filia Jovis accessit Minerva,
Mentori se-assimilans tum corpore, tum etiam voce.
Hanc quidem conspicatus gaudebat audens divinus Ulysses;
statimque Telemachum alloquebatur suum carum filium:

Telemache, jam quidem hoc sane memineris ipse aggressus,
viris pugnantibus, ubi discernuntur optimi,
ne-quid dedecores patrum genus, qui antea quidem
roboreque et fortitudine excelluimus totam super terram.

Illum autem rursus Telemachus prudens contra allocutus-est:
videbis, si volueris, pater care, hoc in animo,
nequaquam dedecorantem _me_ tuum genus, sicut dicis.

Sic dixit: Laertes vero gavisus-est, et sermonem dixit:
quænam mihi dies hæc, dii cari? profecto valde gaudeo:
filiusque neposque de virtute certamen habent!

Eum autem astans allocuta-est cæsiis-oculis Minerva:
o Arcesiade, omnium multo carissime sociorum,
precatus virginem cæsiam-oculis, et Jovem patrem,
statim valde vibratam emitte longæ-umbræ hastam.

Sic dixit, et inspiravit _ei_ robur magnum Pallas Minerva.
Precatus autem deinde Jovis filiam magni,
statim valde vibratam emisit longæ-umbræ hastam,
et percussit Euphitem, galeam per æreis-munitam-malis;
ea autem hastam non inhibuit; penitus vero transiit æs:
fragoremque-edidit _ille_ lapsus, resonueruntque arma super ipso.
Irruerunt autem primis-pugnatoribus Ulysses et splendidus filius,
et feriebant ensibusque et hastis ancipitibus.
Ac sane jam omnes perdidissent et fecissent reditus-expertes,
nisi Minerva, filia Jovis ægidem-tenentis,
clamasset voce, cohibuissetque populum omnem:

Abstinete a-bello, Ithacenses, gravi,
ut sine-cruore utique dirimamini citissime.

Sic dixit Minerva; illos autem pallidus timor cepit:
eorumque subinde territorum e manibus volabant arma,
omniaque in terram cadebant, dea vociferata:
ad urbem vero convertebant-se cupidi vitæ _servandæ._
Terribiliter autem clamavit audens divinus Ulysses,
insiluitque se-colligens, sicut aquila altivolans.
Ac tum jam Saturnius misit ardens fulmen;
decidit autem _id_ ante Cæsiam-oculis forti-patre-natam.
Tunc Ulyssem allocuta-est cæsiis-oculis Minerva:

Generosissime Laertiade, sollers Ulysses,
contine-te, compesceque contentionem omnibus-æque-gravis belli;
ne-qua tibi Saturnius irascatur late-sonans Jupiter.

Sic dixit Minerva: ille vero parebat, gaudebatque animo.
Fœdera autem deinde in-futurum inter utrosque fecit
Pallas Minerva, filia Jovis ægidem-tenentis,
Mentori assimilata, tum corpore, tum etiam vice.

[TR1] "Atridæ;" -> "Atridæ:"
[TR2] "quemque" -> "quemque."
[TR3] "similis-erat," -> "similis-erat."

FINIS ODYSSEÆ.